

Specimen Enuntiatorum Forensium In Praxi Dubia

Rostochii: Adler, [1727]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn897251644>


Druck Freier  Zugang





V. l. — 197 (23.)

Pl. — 197 (23.)



870
X
SPECIMEN
ENUNTIATORUM
FORENSIUM
IN
PRAXI DUBIA. 18

Consentiente Magnifico Jctorum Ordine

PRÆSIDE

ERNESTO JOACHIMO
WESTPHALIO

Utriusque Juris D. & Advoc. Ordinar.

IN ACADEMIA VARNIACA

AD VENTILANDUM

P. P.

RESPONDENTE

JOANNE FEREMIA KAHLEN,

SONDERSHUSANO-THURINGO,


NOTARIO CÆSAREO PUBLICO.

IN ACROATERIO ad Diem XIII, SEPT, MDCCXXVII.

ROSTOCHII,

Typis IO. IACOB. ADLERI, SEREN. PRINC. & ACAD.

Typograph. .



V I R O
ILLUSTRI & MAGNIFICO
DOMINO,
DN. JACOBO
DE CARMON,

ICTO EXCELLENTISSIMO,
REGNANTI DUCI & PRINCIPI SERENIS-
SIMO MECKLENBURGICO à CONSILII CONS-
TORIALIBUS, ORDINIS ICTORUM IN ALMA
VARNIACA SENIORI GRAVISSIMO, ANTECES-
SORI PRIMARIO & PANDECTARUM PROFES-
SORI LONGE CELEBERRIMO,

MÆCENATI OPTIMO, PATRONO
COLENDISSIMO,

PROMOTORI BENEVOLENTISSIMO,
*Summo Honoris & Obsequii cultu æternum suspiciendo
& devenerando,*

SPECIMEN HOC ACADEMICUM
Pii Gratique Animi Monumentum,

Cum Voto multijugæ salutis & ut reditum in Patriam
D. T. O. felicem faustumque esse jubeat,
devotissima mente nuncupat & offert
obsequiosissimus Client

JO. JEREMIAS KAHLEN.

VIRI
ALBERTI & MAGNIFICENTISSIMO
DOMINO
DN. JACOBO
DE CARMON

ICHO EXCELLENTISSIMO
REGNANTI DUCI & PRINCIPI SERENISSIMO
SIMO MEGLINBERGICO & CONSULE GONSI-
STORIALIBUS, GRADUS NITUM IN ALMA
VARNAGA SENORI GRAVISSIMO, ANTECESS-
SORI PRIMARIO & PANDACTARUM PRORES-
SORI LONGE CELEBRARIO

MACEVANTI OPTIMO PATRONO
COLLENDISSIMO

PROMOTORI BENEVOLENTISSIMO
Summo Honoris & Opulentiae cultu decoratus sapientibus
& doctissimus

SPREMIENI HOC ACADEMICUM
Pii Grandis Augusti & Caroli
Cum Voto multaque saluti & in salutem in gratia
D. P. O. Augusti & Caroli
deus illis merito optuletur & illis
cooperentur
JO. BERGMANUS HALLER

* * *
* * *
S P E C I M E N
ENUNTIATORUM FORENSIUM
IN PRAXI DUBIA.

I N G R E S S U S.
DE
INSTITUTI PRÆSENTIS RATIONE ET
JURIS DUBII DEFINIENDI NORMA.

§. I.



Olventi mihi circa quæstionem, quam Praxis me- De juris R. vito tuetur, de Juris Romani fundata & pra- fundato uso- sumta intentione, Scriptores Historiarum Juris R. ejusque Receptionis; incidit in manus Dn. D. Jo. Salomonis BRUNQVELLII, Antecessoris & Jcti Jenensis longe consultissimi Historia Juris Romano Germanici à primis Reipublicæ R. & G. initiis ad nostra usque tempora ex suis fontibus deducta,

& hoc demum anno evulgata. Composuit in Parte III. capite X. & XI. exagitatam sæpius illam quæstionem ex consilio & rationibus Practicorum solide & curate, inque medium vocatâ historica & legali distinctione inter receptionem juris R. pædagogicam seu dogmaticam & publicam Imperialem, distinctim & luculenter docuit, quando seu quo tempore, qua diversa occasione & quo modo, ob quam causam & denique in quantum Jus Romanum à Germanis receptum inque fora introductum sit publica autoritate, in quibus quæstionibus ingens ceteroquin inter Ictos est fluctuatio, dissensus multiplex & disceptatio frequens. Uti vero hoc argumentum ejusque rationes distinctas Domino Præsidi acceptas refert; ita etiam de Illo asserit non solum p. 533. 559. quod in Tractatione de Juris R. indole ejusque diversa obligandi in foris Romanis & Germanicis ratione, Autores in nimio peccantes, Italos Autores, SIGONIUM præcipue, exscribentes, Jurique ROMANO Autoritatem o-

A

rigina-

riginariam ex translata ad Germanos Monarchia Romana cum DUCIO de U. & A. J. R. L. 2. c. 2. §. 20. LYMNÆO L. 2. Jur. Publ. c. 8. §. 4. attribuentes, satis refellerit, iterumque ex adverso contra Conradum SINCERUM seu Jo. KULPISIUM in defectu aberrantem ex ipsis Imperii Constitutionibus juxta alios solide monstraverit, quod Jus Romanum non conniventia quadam & tacite, sed publica & Legali autoritate sub elogio communis & scripti Juris sit introductum; *verum etiam addit ibidem p. 572. quod iste cum aliis, interque hos præcipue cum Hulderico EYBENIO, Sam. STRYCKIO, HUNNIO, Erico MAURITIO, Henrico LINCKIO & qui cum illis faciunt & p. 564. laudati sunt, Jo. SCHILTERO, Ill. Dn. BERGERO, L. B. LYNCKERO, HEIDELMANNO non parum videatur consuluisse Juris prudentiæ nostræ, quod USUM & AUTORITATEM JURIS JUSTINIANEI IN FORIS GERMANIÆ præsentem ex HISTORIARUM Monumentis, LEGIBUS Imperii publicis & HODIERNÆ PRAXI seu Juris Germ. vel Morum rationibus, peculiaribus scriptis monstraverit hætenus & dignitatem Juris Romani contra obtrectatores & dissentientes satis defenderit. Judicavit ita Vir consultissimus, qui quidem scriptarumque scopum ac argumenta recta mente facile perspicit; at vero unicum est, quod omisit ille, & ex quo robur momenti totius ultimum pendet, firmum adeo ac fidum, ut nemo amplius solidi quicquam obmoerere possit adversus sententiam in praxi receptam, quod qui jus Romanum allegaverit, fundatam habeat intentionem, nec Legis R. autoritatem & usum probare debeat, sed quod adversario onus incumbat, evincere, Legem aut receptam non esse, aut contrariis Legibus & observantiis abrogatam, aut non receptibilem & applicabilem unquam esse in Germanica Republica, utpote adversam ejus indoli, æquitati, Moribus ac Legibus domesticis seu Juris Patrii G. rationibus. Residet vero illud robur in Juris R. TERRITORIALI receptione ejusque norma forensi, cujus quidem nemo, quem scirem, meminit ante Illustrem Dn. GRIBNERUM, qui in disputatione de Præjudicio Principum ex abusu juris Justiniani duobus verbis in transcurso asserit, quod frustra contentionis serra inter Ictos in Cathedris & foris hoc in argumento reciprocetur, donec in Territoriis sigillatim Receptionis Juris R. autoritas & fundata intentio rationibus legalibus non fuerit stabilita. Et verissime certe. Etiam Publica Imperialis Juris R. receptio limites*

limiter Camerales egredi nec voluit, nec certe potuit, sed facta est salvo Jure Principum Territoriali ac Legislativo, ut igitur facile pelluceat, quod omnis negotii cardo vertatur in Principali seu Territoriali receptione Juris R. ejusque Autoritate introducta subsidiali in singulis Provinciis Principum Imperii Germanici.

§. II.

Hec rei consideratio admodum est momentosa, opera plena & ardua, De instituti insigni & precipue usu prædita ac instructa, omnem formidinem oppositi, præsentis occasione, omnem dubitationis aleam prorsus demum excludens in præjudiciali de onere probandi in dubia juris R. & Longobardici praxi, questione, ardua adeo & fructuosa, ut ex sola illa pendeat sapius fortuna & clades causa non solum in processu circa Meum & Tuum civili, verum etiam in processu circa insignes clientelas & regiones feudali, uti denuo novissime docuit momentosus Processus Lichtensleinensis & Kaunitzensis circa Comitatum Rittbergensem. Hæc cum ita sint, animo, mecum constitueram, fundamentale hoc negotium, à Dn. BRUNQVELLIO & hucusque neglectum ab ovo ad mala usque trutinare, & in Vindiciis studii Juris Romani Antikulpisianis, juris R. in Germania Autoritatem DOGMATICAM PRIVATAM seu pædagogicam non solum ex historia civili & Academiæ Seculi XII. & sequentium evolvere; verum ex instituto Receptionem PUBLICAM LEGALEM seu IMPERIALEM vel Cameralem ex historia Imperii G. Seculi XVIi, & TERRITORIALEM seu Principalem in singulis Provinciis Principum Imperii sigillatim ex Historia Provinciarum Seculi XVI. immotis argumentis erutis nondum, distincto ordine & studio in lucem meridiem constituere, fidisque rationibus PUBLICÆ istius & Legalis Receptionis Juris R. indolem & normam forensam, valorem præsumtum, autoritatem florentissimam & stabilem in Praxi Germanicæ usum, veri & comprobare adversus quoscunque dissentientes, REINKINGIUM de Regim. Sec. & Eccl. L. 1. cl. 2. cap. 4. n. 10. KESTNERUM in Tr. de defectibus Juris Comm. probl. 4. & Jo. KULPISIUM præcipue, cui in hoc argumento & in hunc usque diem firmi nihil oppositum esse, asserunt rerum periti cum BAYERO præf. ad delineationem Juris civilis ff. & THOMASIO in Præfatione ad Notas Institutionum. At vero, excrescente hac opera ultra limites destinatos, & resciente me, quod argumentum hoc aliunde non frustra propediem expectet operam ex instituto; inde enata

mibi est inpraesentiarum occasio, institutum, ad quod Musas allegerat lectio Brunquelliana, paulisper seponere, & vires speciatim desigere in conclusiones forenses Juris privati, superstructas quidem ipsi fundamentali de Juris R. usu & applicatione assertioni.

S. III.

Ejusdem
argumento
& summa.

Exhibemus itaque Enuntiata forensia seu Conclusa in praxi dubia. DUBIAM praxim illam dicimus, quando circa Leges explicandas & applicandas ambigui ita in foris versantur Doctores, ut in decidendis causis & controversiis forensibus, nunc alii stent à negativa sententia, alii ab affirmativa, aded ut pro utraque parte, reo & actore, militare videatur verum & justum. Sponte patet, incertitudinem hanc non Legibus dandam, sed adscribendam esse earum interpretibus. Etsi enim facile largiar illustri Dn. GRIBNERO in elegantissima dissertatione de jure incerto ex dubia Legum, quibus utimur, autoritate, oriundo S. 4. quod in foris sapius, uti initio dictum est, questio anceps torqueatur & retorqueatur de eo, qua ratione, in quantum & qua norma in usum recepta sint jura peregrina; ipsa tamen hac contentio, Jurium Receptioni & Legibus non innata sed suborta est ex vitio Juris Interpretum & consultorum, ex defectu solidioris studii & diversorum principiorum nexu, fluctus seu dissensiones inveniuntur non solum circa Autoritatem Jurium diversorum; verum & circa usum eorundem, applicationem Legum & praxim. Colluctantur Germaniae Scholae & fora hac incertitudine & hoc dissensu abunde. Scripsit jam suo tempore Antonius FABER Chiliadem hujusmodi errorum Pragmaticorum; edidit harum controversiarum tredecim Centurias FACHINÆUS; exstat myrias harum contentionum in Thesauro opinionum communium ex septedecim Ictorum Voluminibus congesto & Francofurti edito, cui separatim accedunt Leandri GALLGANETTI & Antonii GABRIELII Communium opinionum synagmata. Inprimis evulgavit Hieronymus de CÆVALLOS ingens speculum aureum Opinionum communium CONTRA communes in f. Joannes Geo. NEUMANNUS recentiori ætate scripsit Casuum Juris dubii Resolutiones, quas edidit Augustus COSELIUS, & ut plures taceam, in publicum emisit Jo. PHILIPPI integrum Volumen Observationum Juris practicarum & casuum Juris dubiorum, saltim ex Saxonice decisionibus electoralibus præcipue & præjudiciis Ictorum celeberrimum collectorum. Idem præstitit Jo.

Joan. SCHILTERUS in CXI. Observationibus de dissensu Ictorum Saxonum præcipue Electoralium à Ducalibus, quæ addita sunt novis Editionibus ipsius Commentarii Juris Germanici in Pandectas de Praxi Juris romani in foris Germania. *Præsenti aeo* D. Tobias BARTHIUS, Syndicus Pirnensis, decem Centurias Dissensuum in Praxi, ex Interpretibus Jurium, receptarum sententiarum scriptoribus & speciatim ex præjudiciis, consiliis, resolutionibus, decisionibus, Responsis Collegiorum integrorum & rebus judicatis invicem sibi in uno argumento adversantibus studiose conquisivit, inque earum præfatione dubium jus & incertam praxin valde doluit. Et certe iste non solus est, qui de his corruptelis & incommendis quiritetur; conquesti sunt de iis inter veteres BARCLAJUS in Argenide, a quoque superiori præcipue Illust. Dn. WEDERKOPPIUS, JUSTUS NOMICUS, Gottfr. WARLIEBIUS & D. ERNESTI in Opusculis de juris incertitudine & remediis adversus illam; & conqueruntur etiam nunc Ill. Dn. Henr. à COCCEJIS in diss. de eo quod justum est in dubio in Sect. 4. §. III. Dn. GRIBNERUS c.l. §. 1. 4. inque dissertatione, quæ Principiis ejusdem Processus judiciarii addita est, de Litium ambagibus rescindendis §. 48. Dn. FICHTNERUS Prof. Altorfinus diss. de Causis dubii eventus litis & Christoph. Jo. Conr. ENGELBRECHTIUS in Examine distinctionis inter Theoriam seu punctum juris & hodiernam praxin p. 9. sqq. ex instituto. Hæc cum ita sint, mens non solum fert in præsentiarum, novo specimine ex recenti praxi Mecklenburgica præcipue seligere dissensus & juris dubii casus alios insignes; verum etiam est animus, in collatis dissensibus non acquiescere, vel, qui recitatorum omnium Dissensuum Scriptorum mos fuit, operam terminare in ipsa collectione dubii juris & in Praxi dissensionum; in id defixa est simul nostra industria, ut, quæ certa sit in multiplici dubio juris doctrina, quæ fida sit & genuina demum inter dissensus Praxi, affirmemus rationibus legalibus, succinctim, definiamus, & comprobemus curatis responsis & Judicatis forensibus. Et in hunc finem utimur rubro forensium Conclusionum seu Enunciatorum, hoc est, CERTARUM in incerta & dubia Praxi Resolutionum & Sententiarum.

S. IV.

Ratio, quæ ad id conamem & institutum musalas impulsit, facile ex his divinabitur, quæ dicta sunt superiori commate de juris incertitudine & *Et ratio.*

Ictorum querelis ac votis de dubio jure ejusque remediis. Tendit nimirum illa huc, ut à discrepantiis & divortiis sententiarum Jurisprudentiam liberatam profiteremur eaque, quae dubia in illa sunt & incerta, ad certitudinem justique rationes geminas revocarem, ut demum quid certum restumque sit appareat, Jurisque & justitiae studium a fluctuatione, à vaga dissensuumque multiplici mole liberetur paululum, idque avitum suum jubar & indubiam dignitatem tueatur, plurimum ex voto, quibus ad scepticismum demum, ad cerebrinam & arbitrariam forensam rationem Jurisprudentia videtur rediisse, innuentibus Dn. D. HEBERO Pr. de scepticismo Juridico: illustri Dn. HOFFMANNO Per. III. de LL. Germ. Origine p. 20. Jo. Conr. ENGELBRECHTIO d. I. p. 20. & de factis Jurisprudentiae & Just. Administrationis in G. p. 10. 21. & Tr. de causis impediti successus emendandi Justitiam p. 24.

§. V.

De dubia
quod obmo-
vetur.

Habebunt forte alii, quod hic obmoveant. Afferunt enim illust. Dn. GRIBNERUS §. 4. in f. §. 5. & cum illo D. BARTHIUS in Praefatione Centuriae 6. & Cel. Dn. ARPIUS in Primitiis de usu & necessitate studii Juris G. in f. quod res eo redierit, ut incerta omnia sint, nec superfit, quod dissensus in Jure & difficultates tollere, & decus ac constantiam Jurisprudentiae nostrae restituere possit, remedium, praeter LEGISLATORIAM & principalem, quae has lites definiat, sanctionem. Officere videntur haec ipsa nostro conamini, quod est DOGMATICUM. Verum officium nec quicquam. Etenim loquuti sunt laudati Triumviri de iis incommodis jurisprudentiae & justitiae praesertim difficultatibus, quae medelam doctrinalem Ictorum egrediuntur & solidioris examinis effectum non sortiuntur ideo, quia publicis Legibus, publicis Ordinationibus processualibus & constitutionibus sunt confirmatae, docentibus inter plures fustus Jo. Sam. STRYCKIO de Emendatione Processus civilis §. 5. sq. Christ. WILDVOGELIO de praecipuis Impedimentis Justitiae c. 2. sq. Georg. ENGELBRECHTIO de articulo- rum positionalium abusu rescind. p. 6. sq. AUG. LEYSERO docta diff. de Superstitione juridica in foro & extra forum obvia p. 10. sq. & Sim. Paul. GASSERO diff. de inutilitate Pos. cum J. D. & R. p. 20. At vero, quod illos defectus attinget, qui oriundi sunt ex vitiis Interpretum & traditionibus non coherentibus Doctorum circa geminam Legum explicationem & applicationem
juris

juris multiplici sua culpa dissidentium, hos quidem omni curatori & illo quidem, quo omisso coorti sunt, studio solidioris Jurisprudentiæ, ad integritatem & formulam à Ictis reduci & reducendos esse facile & feliciter, nullus est qui ambigat; nullus tamen, qui & negaverit, quod jussu Principis istis Doctorum in Praxi Dissensibus constantissimus obex inprimis poni queat universim. Saluum ceteroquin & consultissimum habendum est id institutum, quo Doctorum multiplices & difformes sententiæ ad amussim fontium, Legum, Rationum, Præfidiorum & solidæ Eruditionis, non superficialiæ Jurisprudentiæ revocantur sollicitius & reducuntur ad unum certum verumque.

§. VI.

Id ut fiat fideliter, dudum Jo. KULPISIUS in Orat. de Analogia Juris in Volum. Diff. p. 1017. procul esse jussit Veterum superstitionem, qui quod Glossator inter dissensus & dubia suum fecit, verum ubique & æternum rectum ac usuale esse, fidenter & cum dispendio solida Jurisprudentiæ putarunt, ut demum textus non glossatos non habuerint pro Legibus, quin Glossas ipsis Legibus prætulerint, nisi summularum & Glossarum beneficiis renunciatum fuerint, uti me plures docent chartæ diplomaticæ, codicilli & libellarii contractus veteris ævi. Hodie, quod fuisse laudant Dn. BOEHMERUS diff. de Praxi juris Can. C. I. §. 24. & ENGELBRECHTIUS in Examine distinctionis inter theoriam & hodiernam praxin p. 22. dica scripta est diutius his neniis Accursianis, & nemo rerum vel semignarus, privati hominis Glossas facile habuerit pro fonte certa Præces & genuina observantiæ. At vero reperiuntur alii, qui in communi opinione & Præjudiciis Collegiorum querunt Jurisprudentiæ certæ fulcrum & Præces Autoritatem.

§. VII.

Hi, qui ita faciunt, agunt, quod ingenio Icto longe est indignum. Nec communem, ut ajunt, opinionem, traditionem illam Ictorum nis opinio, quam ex numero doctorum alii, alii ex auctoritate eorum, alii ex Glossæ adprobatione definiunt, normam juris dubii constituunt, vagam opinionem pro veritate & nubeculas pro funone amplectuntur, cum nequidem inter ipsos constet, quid sit communis opinio, & quæ illa sit. ZIEGLERUS de Offic. Jud. Concl. 39. §. 3. 7. 30. STRUVIUS diff. de Comm. Opin. Doctorum §. 13. Velim perpendant, qui cordate malunt agere, quam legulstice, quam imbecillis sit norma communis opinionis, quæ multies

ties

vies mutatur, ut quæ olim communis fuerit, nunc communi sit contraria, uti exemplis docent CORATIUS Tr. de Com. Opin. præf. n. 6. CÖPPEN Decif. 58. n. 5. Velim intelligant, quantus sit cumulus communium opinionum ex utraque parte, quantus Communium opinionum contra communes sit conflictus & numerus, ut earum sexcentas novem collegerit CÆVALLOS & totidem reperiantur apud CLARUM in Receptis sententiis & ANTONIUM GABRIELEM in Communibus Conclusionibus. Recte propterea EICHELIUS in Commentario ad Tit. ff. de Regulis Juris in Præf. §. 17. communium opinionum usum illum esse scribit, ut ruinosum fundamentum & debilem eruditionem cernere liceat eorum, qui in illis ponant vera sciendi & demonstrandi rationem. Addit TIRAQUELLUS: Volo tibi totidem aut plures recensere, qui sunt in opinione contraria. Qui aliter sentiunt, illos confutavit ex instituto rationibus, exemplis & testimoniis probatissimorum Istorum Zafii, Reinckingii, Thomingii, Pistoris, Everardi, Carpzovii, Pruckmanni, Struvii, Coleri, Richteri, Schiferdecheri & Ulrici Huberi, illustris Henr. COCCEJUS diff. de eo quod iustum est in dubio Sect. V. de remediis juris dubii definiendi perperam adhibitis ex Glossis & Com. Opinionibus p. 30. §. 4. sqq. quin publica sanctione ex foris Brunsvicensibus illos exterminavit SERENISSIMUS ELECTOR ORDINATIONE ELECTORALI Judicii Summæ Appellationis Parte II. Tit. 12. §. 12. Adde Henningium RENNEMANNUM in Pentade I. Abusuum Communium Opinionum, quæ Jurisprudentiæ praxin forensensem conspurcarunt; & confer HARPRECHTIUM ad J. Tit. de oblig. quæ quas. ex del. n. 14. GAILIUM L. r. Obs. 153. n. 5. perill. Dn. à KLEIN ad Schoepferum Tit. de LL. n. 57. p. 11.

§. VIII.

Nec præjudicia.)

Idem dicendum est de Præjudiciis, quibus, etsi in uno argumento & in eodem Collegio multoties sibi contrarientur & multoties immutantur, Vulgus tamen tribuere audeat vim Legis & Observantiæ, sed non sine præjudicio justitiæ. COTHMANNUS Vol. IV. Resp. 4. n. 99. Vol. I. Resp. 13. n. 126. Doctores & iudices sunt Legum administri, qui jus interpretantur & applicant; Sed sententiis judicialibus nec Legem nec juris normam constituunt. Certe, qui Præjudiciis, quæ instar adjumentorum haberi saltem debent, id tribuunt, ut in illis acquiescere, vel legislatoriam auctori-

autoritatem vimque probandi jura & praxin illis asserere audeant; illos quidem ad infimam Ictorum classem, qui solida quaque nesciunt & Accur-
 fanis deteriores sunt, retulit cum illustri GRIBNERO, ENGELBRECH-
 TIUS c. l. p. 28. Quod judicatum est, scrutantur, sed, quid judicari
 debuerit nesciunt. Volvunt, & quidni revolverent, cum de gracia salute
 agatur? casus in terminis terminantibus, res judicatas, acta judicialia pul-
 vere obfita, in quibus fidenter quidem sed cum Legum & eruditionis dispen-
 dio, & normam juris constituit & quo ineptius nihil est, constituendi
 atque localis juris querunt. Qui sapiunt, scrutantur in Praxi dubia ipsos fontes
 Jurium, Leges, earumque rationes rimantur, & ad solida fundamenta
 & genuina Juris prima praesidia revocant res judicatas; non credunt
 & exscribunt, sed intelligunt & meditantur ipsi jura, nec praesidia pre-
 ferunt in jure locali tot Ordinationibus, Constitutionibus, Statutariis De-
 cretis & monumentis. Dixit de hoc argumento ex instituto Ill. Dn. GRIB-
 NERUS, Primarius Antecessor Liphensis, in Opusculo de Observan-
 tiis Collegiorum Juridicorum, ubi eleganti studio, quam nulla sit Prae-
 judiciorum autoritas in causis dubiis, quam stolide juris & observantiae elo-
 gium iis tribuatur utroque casu sive Legibus conveniant, sive repugnent, ex-
 positae limatissime, simulac damna in solidam & veram jurisprudentiam
 inde redundantia, docta Minerva ostendit, verbis MAESTERTII conclu-
 dens demum: Nihil indignius est erudito & libero homine, dignius
 vero nihil homine inerti, studiorumque impatienti, quam mal-
 le in Praesidiis defudare, quam ex ipsis Jurium fontibus sapa-
 re, risum ille apud vere doctos Ictos, apud stupidos & semido-
 ctos fidem forte excitabit, jus dixerit, sic vidi, sic audivi, en
 decisionem, en praesidium, quasi id sit juris species. Est haec
 haereticis gravior, quam superstitio illorum, qui glossis vel com-
 munitibus opinionibus adherent. Pests est Jurisprudentiae. Per-
 ditur enim hujus decus & CERTITUDO, confusio vero, barbaries,
 ignorantia & neglectus literarum regnum tenent.

§. IX.

Leges igitur earumque rationes, Jurium ipsi fontes, codices, & Sed ipsi ju-
 solidissima historica & Legalia praesidia, in omni jure dubio sunt Pra- rium fontes
 xios certa cynosura, ad quam expendenda sunt quaeque communes opi- & rationes.
 niones, glossae, sententiae latae inter partes seu observantiae Colle-
 giorum, quas sigillatim in Saxonia gravissimis verbis inter INEPTA RE-

B

MEDIA

MEDIA definiendi *DUBIAM PRAXIN* retulit Legislator Serenissimus in Resolutionibus Gravaminum §. 49. *Fusus id scribit Dominus COCCEJUS* c. 1. Sect. 6. de *REMEDIIS VERIS* interpretandi *JURIS DUBII* p. 38. - 45. *Adde assertionem Laurentii HENRICI* in Præf. ad Rennemanni Jurisprud. Romano Germanicam membr. 4. & Hieronymi CÆVALLI in Prooem. speculi aurei commun. Opinionum f. 2. Nunquam, inquit, ulla in *DUBIA PRAXI* expectari potest *CERTITUDO* & medela, quousque Rempublicam & praxin Doctores gubernare audent interpretationibus & Opinionibus, non Legibus & argumentis, iis enim relictis non potest non locus haberi distinctioni, quæ incerti juris est obstetrix, inter *PUNCTUM JURIS* seu *THEORIAM* & *HODIERNAM PRAXIN*. *Sane recte non temere judicatur. Etsi enim quevis disciplina activa, ita & jurisprudentia, theoriam juris & praxin habeat distinctim; tantum tamen abest, ut praxis PUNCTO JURIS ulla ratione opponi queat & theoriae contrariari, ut potius sororio nexu invicem cohereant & vera nulla juris theoria anima sua seu praxi hodierna, praxis vero nulla theoria sua destituatur.* PRASCHIUS de Icto vero & personato p. 66. WINTHER in Parth. litig. l. 2. c. §. n. 34. sq. *Hæc est cognitio juris; illa Usus juris; hæc jura theoretice considerat; illa cognitionem ad usum transfert & ad hypothesin revocat, adeoque versatur circa jus & factum simul. Verbo: Praxis est juris applicatio ad factum; hæc vero, si recte se habeat, hoc est, si Legibus receptis & sancitis, moribus, rationibus juris conveniat, tum theoria seu puncto juris nullo unquam casu est contraria; si male, tum Juris Legumque praxis non adest, non Legum adest applicatio, sed dissolutio juris & error eorum, qui jus scriptum vel non scriptum applicare debuissent rite. Hæc qui intellexerit, facile in sententiam Jo. KULPISII Orat. de studio juris publici p. 67. & diff. Epistolica p. 125. concedet, quod ipsa hac distinctione ineptior sit nulla, infulsius nihil, quam eum, qui theoriae juris curatius incubuit, à Practico distinxisse, neutro enim casu id ratio jubet, sive, ut recte fit, Practicum illum dixeris, qui jura cognita sive DOCTRINALIA applicat; sive, qui FORMALIA, procedendi ordinem seu Schlenkianizare didicit. Idem asserunt inclytus olim Assessor Wismarionensis Jo. Chr. KOCHUS in Praxi fori G. Part. IV. Præf. p. 4. & doctissimus MAURITIUS in Præfatione Consiliorum Chiloniensium; ex instituto vero*
Jo.

Jo. Conr. ENGELBRECHTIVS in peculiari Examine hujus distinctionis ex *AUTORITATE GLOSSARUM, OPINIONUM & PRÆJUDICIORUM à LEGIBUS & JURIVM FONTIBUS DEVIANTIUM* p. II. f. 99. originem ipsius distinctionis eleganti copia eruditionis & rationum repetit, & quam inbecillis, quam fragilis, quam noxia & pestilens illa fuerit & sit etiam nunc auxilio hominum imperitorum multoties SOLIDÆ, GENUINÆ VERÆ & CERTÆ Jurisprudentiæ, fuscè ibidem evicit consensu & applausu celeberrimorum Ictorum. Veritè hic in mentem, quod illustri Conradus SINCERUS in diss. Epistolica de LL. veterum G. autoritate §. 104. scite est ratiocinatus: Quod accidit, inquit, sacrarum literarum studio, ut turbaretur illud magis quam illustraretur, ex quo traditiones humanæ liquido fonti sunt inventæ; id contigit Jurisprudentiæ, quæ turbata est maxime, postquam FONTIBVS JURIVM, LEGIBVS & RATIONIBVS relictis, veteres turmatim, uti aves omnes unam prævolantem, ita Opiniones aliorum sequentes, aquam hausiverunt ex lacunis Glossatorum, Interpretum eorumque supplementis & limitationibus, quarum mole jus antea satis CERTVM, nunc DVBIVM, antea sua ferie cohærens, nunc discerptum, vagum, anceps, imò nullum redditum est, ipsisque Legibus tot vagæ sententiæ & dissensiones, tot casus & communes opiniones, elegantes illi, si diis placet, flosculi, plus valet favor in iudice, quam lex in codice, ac similes alia præceptiones, probabilitati Jesuiticæ amice conspirantes, illatæ sunt. Idem id de dubii juris origine & restauranda juris turbati certitudine judicavit Dn. COCCEJUS d. l. Sat. 4. de Interpretatione & Origine juris dubii §. 4.

§. X.

Age igitur, id operis in præsentiarum nostrum facimus, ut Dissensus Dissertationum Ictorum circa Jurium argumenta exhibeamus non solum & compilemus; nis Scopus, verum tam vagum & ambiguum redditum jus exposita ejus Origine & Causâ, revocemus ad certitudinem, ad geminam indubitatam praxin, hancque fulciamus Legum Juriumque cynosura, fontibus, rationibus, quin demum geminis veri juris Enuntiatis forensibus, Responsis & Præjudiciis indolis non adulterina. Dabimus exemplis sequentibus testatum, quod Juris Praxi dubia reddita sit vel eo, quod Icti Leges Juriumque fontes non sedulo consuluerint; sed Interpretes exscripserint inconsiderate; deinde, quod non curati fuerint in explicandis Legibus Romanis,

Et demum nec industrii exstiterint nec solide gnari in applicandis legibus earumque rationibus ad fora Germaniæ.

ENUNTIATUM I.

De Testamento Mystico.

Enunciatum
I. de Testamento
implicito.



Negantes.

Affermantes.

Ratio dis-
sensus.

Ovenit nuper in foro casus, cujus in eo vertebatur cardo: An validum sit testamentum implicitum seu mysticum, hoc est, in quo testator solennia adhibuit quidem, sed quoad hæredis nomen vel aliud testamenti caput ad schedulam aliam sese retulit, nullis solennitatibus munitam. Sunt qui negarunt validitatem, sunt qui asseruerunt. Negant MANZIUS de Testam. Valid. T. 4. qu. 2. MEIERUS in C. J. A. Tit. de Leg. & fideic. Th. 30. FACULTAS JENENSIS apud STRUVIUM S. J. C. Exerc. 33. Th. 8. WILDVOGELIUM in Vol. Resp. R. 152. & plures inter scriptum & nuncupativum testamentum distinguentes apud EKHOLTUM ad ff. L. 33. T. I. §. II. GEO. EUERRADUM Vol. 2. Conf. 34. CARPZOVIUM P. 3. C. 3. d. 28. MANTICAM de Conj. Ult. Vol. L. 4. Tit. 3. in primis vero illustris DN. BERGERUS in Oeconomia Juris L. 2 T. 4. p. 250. not. 6. rejiciens prorsus hanc testandi rationem per relationem, eamque assertionem PRÆJUDICIS Lipsiensibus firmans. Contra vero subsistere asserunt Schedulam & pro valido reputant relativam testationem BRUNNEMANNUS ad L. 38. ff. de Cond. & Dem. n. 1. STRYCKIUS in Caut. Testam. c. 16. §. 22. SHILTERUS in Exerc. ad ff. 38. §. 43. ZOESIUS ad T. ff. qui. Test. fac. possunt n. 56. ENGELBRECHTIUS ad ff. L. 38. T. I. §. 7. & ill. Dn. WERNHERUS in Obs. Pract. P. S. O. 191. ibique ORDINIS WITTEBERGENSIS Præjudicium. In dubia hac Juris assertionem, indubie certa est posterior. Qui negant, scrutati non sunt sedulo leges civiles. Omnis enim princeps ratio eo collineat, quod schedula nec testamenti scripti nec nuncupativi requisita habeat, adeoque corruat necesse sit, si rito consideretur secundum Juris testamentarii principia. Ita Interpretes, sed Leges aliter. Distingerte

ferre enim *L. affe 77. ff. de Hered. instit. L. 38. de Condit. & Demonstr. L. 25. de rebus dubiis* implicito testamento valorem tribuunt, nec est, ut, si ceteroquin confiterit, schedam ex intervallo adjectam non spuriam esse & suppositam, quicquam obmoveatur huic legali dispositioni à communi regula testamentaria abeunti. Ratio Legum est adaequata satis & exposita à JO. CASTILLONE in *Interpretationibus ultimarum Voluntatum T. 2. & ULR. HUBERO in Præl. ad ff. L. 28. T. 1. id præcipui habens*, quod frustra de solennitate schedulæ quæstio instituat, si Solemnibus & requisitis suis stipatum sit testamentum princeps, quod ipsa ad Schedam relatione schedulam in testamentum transfert eamque huic implicitate inferit, ut facta esse censeatur heredis nominatio ipso in testamento. Sola igitur quæstio hic veritatis est, ut careat relativa Scheda omni suspicione fraudis & indolis adulterinæ, de cujus criteriis & nota vide *BRUNNEMANNUM ad Auth. hoc inter C. de Testam. v. 4. & ad L. 38. de C. & D. n. 2.* Recte propterea ita *enuntiatum* est ab Ordine Rectorum Helmstädiensium: Der Obriste von R. hat in einem zu Gäßrau errichteten Testament seinen natürlichen Sohn August Friedrich zum Erben eingesetzt und sich übrigen auf 2. andere unvollzogene Testamente beruffen in welchen er gemeldet, daß er noch 2. andere Kinder außer Ehe gezeuget davon eine Tochter seines Erfahrens in Copenhagen gestorben, der Sohn weggelauffen wäre, gleichwohl beyde im Fall sie noch leben und sich legitimiren würden, jedes von ihnen 1000 Reichsth. erben sollten: Wannhero verlanget wird, ob die beyde unvollzogene Testamente eben den Effect haben, als wenn sie dem Testament auch Wörtlich einverleibet worden. Ob nun wohl unterschiedene RECHTE, LEHREN die Testamente mystica wenn sich der Testator auf einen schlechten Zettel beruffet, gänzlich verwerffen, unter dem Vorwand daß die Rechte nur 2. genera Testamentorum, scriptum & nuncupativum eingeführet, dergleichen Zetel hingegen zu keinem von dieser beyden generibus referiret werden könnten; alldieweil aber die RECHTE dergleichen Testamente implicita zulassen und vor gültig erkennen, mithin nicht abzusehen, warum man in diesem Stück davon abgehen sollte, wenn zumahl, wie in gegenwärtigen Fall, an des Testatoris Willen nicht zu zweifeln auch sonst kein Betrug zu fürchten ist, überdieß andere bewehrte Rechts- Lehren die den geschriebenen Rechten hierunter bestimmenden Praxin bezeugen; so haben beyde unvollzogene Testamente eben die Gültigkeit als wenn sie dem Haupt- Testament wirklich einverleibet wären.

Enuntiatum.

ENUNTIATUM II.

De rescissione Transactionis ex capite
læsionis ultra dimidium.

II. de rescis-
sione Trans-
actionis.



Ingens est disceptatio Doctorum, an transactio rescindi possit ob læsionem ultra dimidium seu enormem. Sponte constat, esse contentionem de transactione, ubi nec *dolus* nec *metus* intervenit, uterque enim ipso jure transactionem instabilem reddit. STRYCKIUS *de Caut. Contr.* L. 3. C. 7. §. 16. p. 517. Qui adigitur vel dolo inducitur ad contrahendum, non consentit libere, sed læditur mala fide à *decipiente* & ab eo qui non habet Jus inferendi metum: BARBAIRACIUS *ad Pufend.* L. 3. C. 4. §. 10. FABER *in Error. Pragm. Dec.* 1. Er. 17. n. 17. Ubi igitur nullum jus, ibi nulla obligatio, nulla & proinde opus est restitutione in integrum, quam GROTIUS quidem urget L. 2. de J. B. & P. c. 17. §. 7. sed frustra, cum ipso jure nullum sit negotium, & qui decipitur, non consentiat, qui non consentit, non paciscatur, qui non paciscitur, non transfigat, ut ideo nec opus sit distinctione æquitati naturali & in negotiis bonæ fidei romano juri non convenienti, inter dolum causam dantem transactioni & incidentem, curatissime post BRUNNEMANNUM ad L. 65. de Cond. ind. n. 5. arguentibus Doctissimis Juris R. consultis NOODTIO *de forma emendandi doli mali c. 4. c. 5. p. 487. & de pactis & Transactionibus C. 15. p. 705. seq.* SCHULTINGIUS *ad ff. quod metus c. p. 6. de dolo malo §. 4.* GUNDLINGIO *in Digestis p. 356 & libello de Efficientia Metus C. 3. §. 4.* BOEHMERO *Diss. de Except. metus injusti in statu naturali & civili c. 2.* viris Summis, quibus non facile aliquid unquam reponent, qui fontes R. juris sequuntur & sapiunt ultra compendia Interpretum. Quid igitur nunc habendum est de transactione legitime inita *sine dolo metuque*, an illa valida ita est, ut rescindi nequeat exceptione læsionis? Ancipitem adeo & perplexam vocat quæstionem GRÆUENIUS *ad Gailium L. 2. Obs. o.* FACHINEUS L. 2. *Controv.* 26. GATIERUS L. 2. *Pract. Quæst. Q. 4. c. 141.* & præcipue
COLE-

Status con-
troversæ.

COLERUS *Conf.* 8. n. 6. ut torferit illa diutius & exerceat etiam nunc omnis avi ingenia, ut, cum dignosci vix queat, quid verum sit, opus esse videatur imperatoria decisione. Ita, si sequuti fuerimus opiniones Doctorum, non Leges Juriumque fontes. Quot Doctores, tot incertitudines. *Negant validitatem transactionis læsione obveniente* MYNSINGERUS C. 1. Obs. 35. BERLICH P. 2. Concl. 42. n. 3. *Rota Romana* P. 1. Dec. 102. KLOCKIUS Vol. 2. *Conf.* 57. WESENBECIVS *Conf.* 31. n. 13. *Conf.* 42. n. 72. *Conf.* 52. n. 4. Triumviri præcipue CARPZOVIVS in *Jurispr. for.* P. 2. C. 34. d. 1. SCHILTERVS *Exerc. ad ff.* IX. §. 18. & STRYCKIVS in *U. M. de Transact.* §. 22. Præjudicia hujus sententiæ *Francofurtiana & Jenensia* habentur apud KOEPPENIVM Dec. 58. n. 5. RICHTERVM Dec. 99. n. 54. *Conf.* 52. Vol. 1. P. 1. n. 7. WILDVOGELIVM *Resp.* 71. n. 10. Quod autem plerumque fit in desperata causa, ut ipsi minus recte sentientes in divortia abeant & quo pedem tuto figant, cespitent; id etiam in hoc negotio contigit, in quo ipsi *Negantes* ita versantur, ut nunc alii læsionem restringant ad dubium eventum litis, si quilibet alius alterum tantum pro dubio litis eventu daturus fuisset, autoritate BARTOLI testantibus MOLINA de *Primog. H. L.* IV. c. 9. n. 36. BACHOVIO ad *Treutl. T. 1. disp.* 7. th. 6. alii vero ex adverso ad ipsam rei controversæ æstimationem respiciant, si læsio excurrat in notabili quantitate, uti docent CORNELIVS Vol. 1. *Conf.* 166. 189. MYNSINGERVS *Cent. 1. O.* 33. C. 17. O. 91. MANZIVS *Dec. Pat. qu.* 46. n. 5. PINELLVS ad L. 2. C. de R. V. P. 1. *cap. 4. num.* 26. ibique Plures, iterum tamen invicem ambigui, quæ harum sententiarum verior sit & communior? Alii demum ad dolum confugiant, quem in omni enormi læsione adesse contendunt cum HEIGIO p. 2. qu. 9. n. 14. 16. sed infeliciter satis, cum tum quidem opus non esset rescissione, & falsum sit, dolum inesse enormi omni læsioni, quæsi in hac probanda non ad tempus contractus, quo res incerta aderat, sed ad postfactum respiciendum, quin dolus tribuendus esset ei, qui comperta læsione, se recte tueretur exceptione factæ compositionis litis per initam dudum legitimam transactionem. MASCARD de *Prob. L. 2. Concl.* 962. HAHNIUS ad *Wes. Tit. de Transact.*

Negantes.

Eorumque
diversæ Clas-
ses.

Affirmantes, c. 8. **MENOCHIUS** de A. F. Q. Cas. 73 sq. Ita de Negantibus. *Affirmantes* iis non cedunt numero. Sunt illi **GAILIUS II. Obs.** 70. n. 11. **SEILERUS** in *Sent. Camer.* sub a. 1538. **VULTEJUS** *Conf. Marp. Vol. I. C.* 15. n. 200. 287. **NOODTIUS**, **GUNDLINGIUS**, **HAHNIUS** *Citationis locis*: **BACHOVIUS** ad *Treutlerum V. 1. Disp.* 7. th. 6. lit. a. **HERRINGIUS** de *fidei c.* 20. §. 7. **FICHARDUS** *Vol. 2. Conf.* 30. n. 86. **BERLICHIIUS** P. 2. *Concl.* 42. **ZASIIUS** C. 18. n. 16. **MANZIUS** *Dec. Pal.* 46. **VINNIUS** *Scl. Quæst. L. 1. q. fin.* **BRUNNEMANNUS** ad L. 1. C. de R. V. ad L. 77. ff. de *Act. Treb. n.* 13. & *Conf.* 97. **FABER** *Er. Pragm. Dec.* 8. *Er.* 10. n. 8. **ZANGER** de *Except. P. 3. c.* 18. **MULLERUS** ad *Struvium Exerc.* 6. *Tb.* 67. ibique plures citati. Dubiam dissentientibus hi palmam reddunt non solum, sed præripiunt iis eandem *indubiis LEGIBUS & RATIONIBUS*. Principio enim asserunt *Diocletianus & Maximinus L. 20. C. de Transactionibus*, quod *Fidei humane nihil ita congruat, quam ea que placuerunt transactione, custodiri*. Idem repetunt *Ulpianus L. r. ff. de Pactis & PRÆTOR* in formula: *Pactum conventum servabo*: idque ideo ut *transactio neque rescindi queat, quia ea & pacto fit, quin NOODTIO* arguente l. c. p. 659. *titulus propterea in ff. de pactis & Transactionibus unus olim fuerit, divisus demum à Magnifico Triboniano, cui & sigillatim in L. 2. & 3. C. de Resc. Vend. alia debemus emblemata, de quibus THOMASIIUS* ad d. L. c. 2. §. II. *Elegans porro in hac re est observatio GERARDI NOODTHIL. 4. Probabilium c. 12. docentis, quod apud ipsos Romanos stipulata transactionis fide sanctius nihil fuerit, ita ut introductus fuerit mos, & introducta formula: manu aliquid redimere & jurare, junctis manibus fidem asserere, & in hujus perennem cultum DEXTRAM manum Minervæ seu fidei consecrare, sicuti aliæ corporis partes à Romanis, Numinibus Jovi, Marti aliisque fuerant nuncupata. Multa hic dici possent de fide dextra, multa de juramento per fermur, nec non de horum rituum cultu singulari apud Germanos cives, quin ipsos Electores Seculares & Ecclesiasticos Principes; verum excludunt hæc limites & ablego saltim rerum curatiorum cupidos ad CUFATIUM ad L. 10. C. de inut. Scipul. Gl. de HARRD in *liveris de juramento per dextrae carpum non per fermur. GUNDLINGIUM Gundl. p. 4. Obs. 2. EMMIUM* *Rec. Frif. L. 2. LUDEWIGIUM* ad A. B. *Com. T. I.**

Leges pro affirmantibus.

T. 1. T. 2. §. 2. HERINGIUM *de fidej. c. 11. n. 104. 165.* BORELLUM *de Magistr. c. 14.* GANZALEZIUM *ad Cap. fin. X. de juramentis.* Nobis hic cura sunt LL. Præcipue vero expresse ita SCÆVOLA *in L. 78. §. 6. ad Sc. Trebellianum; Si non transactum fuerit de hereditate, fideicommissarii conveniunt in residuum hereditatis, quod, repertis instrumentis, apparet.* Integer sensus hic est: Transactionem rescindi non posse, licet quadruplo amplius fuerit in hereditate. Objectiones diluit GUNDLINGIUS *in singularibus de Transactionis stabilit. & instabil. §. 43.* Accedunt porro L. 12. C. de Transactionibus, ubi dicitur inventam esse transactionem ad FINIENDAS lites; LEX 1. 2. ff. de jurejurando, ubi Transactio comparatur jurijurando, ubi non quæritur an quis læsus, sed an juratum fuerit, ita & hoc casu, an fuerit transactum; LEX 20. C. de Transact. ubi Transactionum autoritas non minor dicitur, quam rei judicate; hujus vero autoritas hæc est, ut læsionis nulla specie rescindatur per L. 4. C. de re judicata; demum LEX 65. §. 1. de Cond. ind. ubi disertè Paulus, quod justo litis metu per transactionem à lite discedatur, ut perfectâ transactione non liceat quicquam repetere, quod datum est transactionis nomine. RATIONES si desideraveris; tum quidem velim expendas, quod transigere sit pacisci, & transactio sit litis DUBIÆ nec finitæ, non gratuita, sed *pactitia deciso*, servanda in re incerta, uti pactio in re indubitata servanda est ULPIANVS L. 1. ff. de Transact. NOODTIVS de P. & T. c. 3. p. 656: WISSENBACH disp. XI. Th. 1. n. 3. Transigunt partes nulla re cogente, paciscuntur dum litis eventus est incertus, alexque contractum seu emtionem spei ineunt; quæso igitur, qua ratione altera pars sepita transactione poterit conqueri, se læsam esse, cum inita ipsa transactione incerto casui sese subjecerit & indefinita consentiendi ratione conquerendi causam excluserit omnem, utcunque eventus ceciderit, arguente TITIO *ad Puf. Obs. 384.* BARBAIRACIO *ad Puf. L. V. c. 9.* WISSENBACHIO *disp. X. Tb. 1.* Fit igitur transactio in re incerta, ambigua. Quodcunque vero ambiguum est, ejus nequit certa esse affirmatio, hac deficiente, quis ultra alterum tantum probabit læsionem, cum alterum tantum, prius tantum supponat nec sine hoc intelligatur, jam vero hoc ignoretur, ergo & nesciatur alterum. Error,

Rationes?

ror, quem vulgus obmouet: officit necquicquam. Est enim in re incerta alter facile in errore & ignorantia; huic vero dum transigit, renuntiat & dum consentit in liti compositionem, consentit in forte oriundam lationem, eo enim die, quo transigit uterque, subfuit causa anceps, non certus liti eventus. *Transactum igitur jam est de latione omni*, & lepida philosophia est velle transigere denuo, si quid melius post innotescat, comperta nunc latione & causa ab incertitudine liberatâ, dicere: *Non putaram*, seu *ex postfacto* provocare ad errorem, quasi nunc amplius transigeretur. GVNDLINGIVS d. *Singul.* §. 41. Locus nullus errori esse potest unquam, nisi in casu, si quis putaverit subesse litem, cum tamen nulla subfuerit. In illum enim errorem *antecedentem* consentit nemo, nec consentire potuit; sicuti & illâ, de quibus cogitatum non est in transactione, lites in suo retinentur statu. BYNCKERSHOECK *Obs. Jur. Rom.* L. 2. c. 2. GVNDLINGIVS d. l. §. 7. 46. Dic igitur, quænam subest causa, quod in hoc negotio tot habeantur dissensus? Tribuendi sunt hi in re ceteroquin certâ incuriæ illorum, qui non Leges sed Interpretes sequuntur fidenter & exscribunt. Interpretes inquam, qui in hac quæstione *principuos fontes civilium Legum sedulo non voluerunt*, deinde vero *in Legibus explicandis ita veritati fati sunt*, ut innatam earum mentem *solide non explicuerint*, sed, ut dicam quod res est, Legibus ipsis, invita Minerva, mentem demum intulerint suis ampliationibus & extensionibus, quæ Legislatori nunquam venerunt in cogitationem. Omnes *dissentientes* imponi sibi passi sunt *Leges 2. C. de Rescind. Venditione*, ubi Diocletianus propter lationem quamcunque non levioris momenti, contractus rescissionem concessit. Loquitur vero Imperator in *Leges de Venditore*, non vero de *transigente*, de quo nec cogitavit, nec cogitare potuit, Legibus tot reclamantibus. Quid igitur Interpretes? Illi, ut officio suo defungerentur, sub specie imaginariæ æquitatis Legem *ad transactionem* extendere veriti non fuerunt, & primus fictæ hujus ampliationis architectus exstitit venerabilis BARTOLVS *ad L. si quis cum aliter 2. ff. de V. O.* quem veteres omnes copioso numero citati à COTHMANNO *Vol. 1. R. 28. n. 361. sq.* tuto sunt infecuti, sapere nolentes ultra Glossatores, Historiæ

Erroris Negantium ratio & origo.

storia quidem & fontium juris longe negligentes. Docuit Originem hujus lapsus ingenua induitria FABER *Err. Pragm. Dec. 8. Er. 10. n. 3.* & fufius doctiffimus KNORRIUS *diff. de Transactione non rescind. c. 2. fq.* Sed miraris adhuc diffensum Triumvirorum? Non est, ut hi morentur Jurium Cultores, qui veritatem & eruditionem sectantur suamet cura & Legum auxilio, non aliorum autoritate. CARPZOVIVS cerebrinae ampliationis praesidium posuit in *L. 5. C. de dolo malo*; sed agitur in hac lege non de laesione ultra dimidium, sed de dolo, qui aestimari debet ex qualitate facti, non ex quantitate damni. Intelligendus praeterea est de Saxonia, ubi peculiari Constitutione Augusti, aequae ac in Ducatu Wurtembergico, rescissioni transactionis locus est indultus, secus ac in Ducatu Magdeburgico aliisque Provinciis, quin & exteris Regnis, Gallia, Sabaudia, de quibus FABER *d. 1. Decade 1. Er. 7. n. 13.* Quam male vero Saxoniam Constitutionem ampliavit nunc, iterumque restrinxerit CARPZOVIVS; id solide docuit KNORRIUS *c. 1. p. 25. fqq.* praecipue male ferens, quod ille Legis dispositionem tum cessare putaverit, si transactio juramento fuerit confirmata, quam assertionem & ante illum ex instituto definivit LVDOVICI *diff. de inepto braccardico juris Canonici: Omne juramentum servandum esse, quod salva salute aeterna servari potest.* Quod B. STRYCKIUM attinet, facile patet, illum motum fuisse ad dissentiendum eam ex ratione, quia apparente laesione cessare videtur causa dubietas; at vero dicta supra docent, quod cerebrina sit aequitas, respicere ad id in hoc casu, quod apparet ex postfacto, uti fufse docuit THOMASIVS in *historia & Examine Aequitatis cerebrinae Legis 2. C. de Resc. Vend.* SCHILTERUS denique urget, quod non probavit. Afferit, Germanos Moribus Patriis & aequitatis ratione moti, indulgisse omnino partibus transactionis judicialis aequae ac extrajudicialis rescissionem. At vero, quod mox dictum est, aequitas laudata est imaginaria. Mores vero seu juris Germanici rationes hic ex adverso SCHILTERUS frustra opposuit. Ut enim taceam quod in *Recessu J. de a. 1695. §. 110.* provisum est de stabili transactione; satis contra patet ex ipsa Republica ejusque habitu, quod Germanae gentes litibus & fadifragis semper male, bene vero paci & fidei precatae fuerint, cunctisque

Respondetur
Carpzovio.

Stryckio.

Schiltero.

mortalium FIDE, & Armis majores exstiterint. TACITUS L. 13. *Annal. c. 54. n. 6.* Nota sunt proverbia Veterum à quibus, si descitum hodie fuerit, male descitum est: Ein mager Vergleich ist besser als ein fettes Urtheil: Ein Wort ein Wort, ein Mann ein Mann; de quibus ex instituto LINDENBROGIVS & ECCARDVS ad LL. *Salicas L. 3. c. 52. Capitular. c. 1. LL. Long. Tit. 9. c. 38. LAVTERBACHIVS de Palmar. Advoc. c. 3. th 47. SPECVLATOR Spec. Sax. L. 1. art. 7. Suev. c. 1. HERTIVS de Paroemiis Juris GERMANICI L. 1. c. 8. PISTORIUS in thesaur. Paroemiarum Juris G. illustris HOFFMANNUS in Ex. de Regalis Juris G. & verborum in jure G. significatione & PLURES apud KNORRIUM c. 1. p. 20. 21.* Hæc cum ita sint, recte nunc concluditur in dubia, quoad transactionis rescissionem, praxi, quod ubi publicis Legislatoris Territorialis Legibus aliter provisum non sit, valida omnino sit jure civili transactio, etsi ultra dimidium suborietur ex postfacto læsio. Superiori igitur anno a lctis Rintelienfibus, cum his incideret de hac rescissione, & causâ patronus Rei sollicitè & doctâ ceteroquin industria restitutionem petierat, præsertim cum transactio esset extrajudicialis, recte ita enunciatum est: Mag also die gestroffene Transaction unter dem Vorwand einer læsionis ultra dimidium nicht umgestossen werden, noch die gesuchte Restitution Statt finden; sondern Beklagter ist nach Maßgebung der Transaction, alles Einwendens ohngeachtet verbunden, die Beklagte 200. Rthlr. binnen Monatsfrist der Klägerin cum interesse moræ zu bezahlen etc. Concordant cum hoc Judicatio præjudicia Tribunalis Wismariensis apud MEVIVM P. 4. dec. 30. P. 8. dec. 494. Responsa apud III. WERNHERVM P. 4. Obf. 63. p. 208. LEYSERVM T. 1. Med. ad ff. 7. Spec. 46. ubi & Th. 3. pronuntiatum est pro validitate Transactionis Tutorum quoad res pupillorum, quæ ceteroquin, plurium autoritate, facile esse assolet rescissibilis, uti ex instituto docent LYNCKER dec. 761. 1238. WILDVOGEL resp. 163. HORNIVS Cl. 4. Resp. 8. WERNHER P. 7. ①. 156. BARTHIVS Cent. 8. diff. 761.

Concluditur
cum Enun-
ciato.

ENUN-

ENUNTIATUM III.

De Prasumpto Mandato.



uactio est: An ex possessione & productione documento- III. de Prae-
 rum ad causam pertinentium prasumptio mandati oriatur summo Man-
 & procurator plene legitimecur? Afferunt ita BRUN- dato.
 NEMANNUS ad L. I. C. de Procur. n. 1. SCHUL-
 TZIUS de Mand. Spec. c. 3. HUBERUS ad I. de mand. Affirmantes
 & Negantes.
 pos I. COLERUS proc. Ex. p. 2. c. 2. HORNIUS Resp. 53. cl. II.
 ZIEGLERUS Introd. ad Praxin. c. 5. §. 33. BERGERUS in Resolu-
 tionibus Lauterb. de her. vel act. vend. qu. 7. INTERPRETES ad C. 18. de
 R. J. in 6to, ad Cap. 4. de Procurat. 6. & plures, qui possessori In-
 strumentorum locum faciunt, si praestet derato cautionem ea-
 que suppleat prasumptionem. Negant vero prorsus LAU-
 TERRBACHIUS de Procurat. in rem suam §. 41. MARTINI ad Proc.
 Sax. Tit. 51. §. 3. TITIUS ad Laut. de Procur. O. 90. MEVIUS de
 Arrest. c. 10. n. 6 p. 7. Dec. 126. LYNCKERUS Dec. 309. 376. BEYE-
 RUS ad ff. de Procurat. pos. 56. quique assertionem ad mercatori-
 as & cambiales causas extendunt, BERGERUS Supplem. ad El. for.
 Disc. Tit. 7. p. 269. BARTHIUS in Hodeg. for. p. 708. vel certe ad
 regulas & distinctionem inter causas, qua singularis vel modici
 sunt praedictii, rem veluti reuocare student, quos sequitur CARP-
 ZOVIUS Proc. Tit. 1. oc. 2. n. 3. RIVINUS ad ord. Proc. Tit. 12. En.
 §. SCHWENDENDORFER ad Fibig. p. 475. Utraque pars rati-
 onibus pugnat & praedictii, neutram tamen illustri GRIBNE-
 RO in Examine de Mandato Speciali & actibus sine eo a Procuratore
 peragendis §. 7. sqq. MENCKENIO Disp. I. ad Proc. Th. 59. LEY-
 SERO Med. ad ff. 53. aliisque sufficit, qui negantibus obmovent
 C. 34. X. de officio & Pot. jud. deleg. 3 affirmantibus vero prudentia
 regulas commendant, ut caveant, ne parti aduersa post lon-
 gum tempus lis deneo moveatur a domino causa. In dubio hoc
 iure ablegandi sunt Icti ad Leges Imperiales, Recessus Imperii & si-
 gillatim ad Constitutionem iudicii Cameralis, ubi P. 1. Tit. 21. §. 2. li-
 mites certi in hac re sunt constituti, ita quidem, ut possessor instru-
 mentorum admittatur cum Cautione rati sub initio salum litis ea condi-
 tione,

tionem, ut in progressu exhibeat expressum instrumentum et mandatum legale. Placuit hæc juris incerti compositio Ictis Wütebergensibus, qui Nomine Serenissimi Ducis Megapolitani ita pronuntiarunt, reumque ex instrumento liquidissimo conventum prius noluerunt condemnare, quam procurator mandatum creditoris exhibuisset: Würde Kläger sich anderer Gestalt und besser, als geschehen, legitimiren, wie ihm vor allen Dingen zu thun obliegt; so ist Beklagter seines Vorwendens ungeachtet, demselben die libellirte 40. sp. Ducaten und 39. Rthlr. nebst den aufgelauffenen Interesse und verursachten Unkosten zu bezahlen schuldig. Sententiæ huic additæ sunt rationes: Alldieweil aber niemand aus einer auf einen andern gerichteten Schuld-Verschreibung in dessen Rahmen Klage erheben oder Zahlung fodern kan, daferne er nicht vorhero, daß solches mit des Gläubigers Willen oder Geheiß geschehe, sattsam beybringet; Gestalt den hirzu die Producirung der in Händen habenden Obligation nicht gnug ist, sondern eine deutliche Vollmacht erfordert wird, woran es aber allhier an Seiten Klägers ermangelt; so haben wir selbigem zuvor, derst bessere legitimation auferlegt, nach deren Erfolg aber Beklagten plene condemniret.

ENUNTIATUM IV.

De jure patris intuitu Dotationis.

IV. An pater teneatur dotandi filiam.

Affirmantes.



Vavis murmur est inter Doctores, de eo contententes, an Pater locuples teneatur omnino dotare filiam? ut compelli nolens queat ad dotationem vel actione vel officio judicis? Affirmant quaestionem BALDVS ET SICHARDVS in L. ult. C. de dot. promiss. CARPZOVIVS Part. 2. Const. 42. def. 12. JASON in §. fuerat de act. n. 98. VINNIUS sel. qu. pag. 355. Tb. 2. BEVST de jure Connub. L. 3. cap. 4. SCIPIO GENTILIS de bon. Mat. c. 27. pag. 197. VULTEJVS Conf. Marp. V. 2. Conf. 49. MENOCHIVS de Præs. L. 4. præf. 189. n. 64. GRÆVIVS ad Gailium L. 2. O. 95. in Ap. n. 2. KLOCKIVS vol. 3. Conf. 132. STRYCKIVS U. M. de jure dotium §. 2. de act. for. f. 1. m. 2. §. 25. BERGERVS in Oecon. jur. p. 1214. & plures, qui ita pronuntiant apud LYNCKERVM Dec. 1100. et MYNSYNGE.

SYNGERVM *Cent. 6. O. 85.* Ex adverso negant SCHILTERVS
Ex. ad ff. 36. §. 68. FABER *in C. L. 2. T. 30. def. 1. n. 7. L. 7. T. 7.*
def. 8. LEYSERVS *vol. 5. Med. ad ff. Sp. 303. p. 136.* LVDEWIGVS
in diff. juris R. & G. de dote diff. 5. GAILIVS *L. 1. O. 82.* THO-
 MINGIVS *Decif. 30.* STRAUCH *Ex. Just. 3. Tb. 4.* BACHOV
ad Treutl. V. 2. D. 7. Tb. 2. ECKHOLT *ad ff. de Jure Dot.*
§. 4. SICHARDVS *in L. 4. C. de Jure dot.* GVDELINVS
de jure noviss. L. 1. c. 14. CAROL. GOLTL. KNORRIVS *de*
dote filia locupletis c. 2. & 8. qui *Præjudiciis Ictorum* doctrinas horum
 stabiliunt, LYNCKERVS *Resol. 567.* WERNHERVS *p. 5. Obs. 127.* *Causa dis-*
 En iterum dissensionem & praxin dubiam, reducendam feliciter *sensus ejus-*
 ad certitudinem, si curâ amplius non superfederis, Romanarum *que dissolu-*
 legum Rationes ex primis historiarum & reipublicæ principiis *tio.*
 curatissime exponendi, & applicandi solide ad fora Germaniæ.
 Neglecto hoc studio contigit, ut alii alios excrisperint & dissensus
 andabatarum more ortus fuerit, ubi nullus certe est, si rem con-
 sideraveris distinctius. Utraque Classis quod verum est, statuit.
 Prior, jus Romanum exposuit, altera ad usum hodiernum in
 Germanica Republica applicuit & revocavit ad rationes. Indubie
 igitur verum est, patrem *Jure Romano* obligatum fuisse ad dotan-
 dam filiam non *sui juris seu emancipatam.* *L. 19. ff. de R. N. L. 44.*
pr. de jure dotium L. fin. C. de dotis promiss. STRYCKIUS *diff. de do-*
 te non prom. præst. §. 22. WISSENBACH *p. 1. disp. 46. ib.* Fu-
 it enim dos omnis portio hæreditatis ab intestato, & filia eloca-
 ta vi Legis, *Voconia* denuo stabilitæ ab Augusto exclusæ est postea
 à patris hereditate. IERIZONIUS *ad L. Voc p. 114. diff. 2. 134. 209.*
 GELLIUS *N. A. L. 17. c. 6.* HEINECCIUS *A. R. part. I. p. 426.*
 Ipsa hæc causa est, quod pater, *hoc rerum statu,* nec locupleti filiæ,
 peculiis instructæ, denegare potuerit dotem seu hæreditariam
 portionem, uti mirantur uno ore & docent recte TREUT-
 LERUS *Vol. 2. disp. I. Tb. 2. lit. c.* MANTICA *de T. & A. C. L. 12.*
 T. 19. PAGENSTECHER *Sicil. ad Laus. Manip. 1. p. 98.* CARP-
 ZOVIVS *dec. 173. n. 13.* STRYCK *u. m. d. l. §. 2. Caus. Contr. f. 3.*
 C. 8. §. 13. MEVIUS *ad J. L. P. 1. Tit. 5. n. 41. illustr. Dn. DAVID.*
 JONATHAN SCHARFFIUS *in Consultationibus, editis à Consul-*
issimo Viro, Dn. D. JO. FRIED. SCHARFFIO, lito docto, Consult. 56.

n. 3. Deinde vero, admissis noviori jure ad hereditatem filiabus, causa dotis fuit *ferendum onus matrimonii*, quod vel solis humeris mariti, vel si hic filius familias fuerit adhuc, Socero impositum fuit, cujus igitur intererat, ut dos constituatur, cum filium post nuptias retinuerit in potestate & victu cum novagente. PERIZONIVS *d. l. § L. § 6. §. 2. ff. de jure dot. L. 27. ff. eod.* Ne igitur hoc frustra ferret Socer, sed ut locabiles fierent & optimam nubendi filia nanciscerentur conditionem, Pater illis omnino prospexit dote, & ex eo quidem tempore opus non fuit dotare filiam LOCUPLETEM, in quo juris argumento ceteroquin insigni inconstantia oberrant Doctores, facile hac ratione reducendi cum citatis in concordiam. HARPRECHT *vol. nov. Consf. 16. n. 861.* BRUNNEMANN *ad L. 5. ff. de jure dot. n. 3.* STRUV *S. I. C. Ex. 3. Th. 3.* LYNCKER *dec. 759.* LEYSER *d. l.* Et ita de Juris R. Theoria. Quid nunc de ipsius dicendum est applicatione? Recte ex adverso statuunt *Negantes*, quod in praxi Germanica Pater ad praestationem dotis non teneatur. Sublata enim hodie distinctione inter Emancipatos & suos haeredes, elocatae filiae apud Germanos extorres esse non jubentur a hereditate patris; Sed mortuo parente ad massam bonorum vocantur & capiunt hereditatis partem, in cujus spe acquievit hucusque Gener. Deinde vero, quod *onus ferendum matrimonii* attinet; expediti moris est, quod Germanorum conjuges sint adjunctrices non solum & socias laborum, ad operas, ad negotia, ad acquiritum pariter obligatae; verum etiam, quod liberi ipso matrimonio emancipentur a patria potestate, sibi & familiae prospicere teneantur ipsi. Soceri igitur non interest ut accipiat dotem; Mariti vero interesset quidem, sed haec ratio est *expedientiae*, non *exigentiae*, de qua hic quaestio est, *ut pote an cogi possit pater ad filiam dotandam?* Et quidem iste, qui pepigit nullam nec promisit dotem? Nulla hoc unquam fieri poterit ratione, nulla provocatione ad *onus ferendum Connubiale*, cum novellus matrimonii Candidatus hodie non nesciat, quod instituta oeconomia connubiali exeant liberi ex sacris auxiliis Patris, & risum ipse cieat, si destitutus *alend. facultate*, inierit matrimonium non *conjugali affectione* sed spe doti. Ipso jure igitur cum *Socia laborum onus* ferat necesse est, speque animum confortet, fore

fore ut, focero demum mortuo, dotis instar hæreditariam portio-
nem indipiscatur. Docent hoc fusius, qui separatæ Oeconomiam
examinant rationes, Ill. GUNDLINGIUS *de Emptione Uxorum & do-*
te c. 2. BOEHMER *diff. de statu liberorum sui juris factorum per se-*
parationem vel nuptias c. 2. sq. BERLICH P. 2. *Concl. 11. c. 42.*
CARPZOVIVS P. 2. *Const. 10. def. 2.* Moti sunt his rationibus Witteber-
genses Icti, uti post citatas dissentientium & nostras rationes, de do-
tationis jure ita denuo pronuntiaverint: Wenn dennoch Gegen-
theils die Meinung derjenigen in den rechten bestens gegründet,
welche da behaupten, daß der Vater ad dotandam filiam nicht an-
gehalten werden möge, wosferne er nicht das Heyrahts-Gut würck-
lich abgeredet und versprochen, solches aber gegenwärtig nicht ge-
schehen; so halten wir davor, daß von Titio keinesweges mit Bes-
stand Rechtens dotis præstatio ferner gefodert werden könne. Uni-
cum addo ex *Jure Lubecensi*, quod, quæ dicta sunt, valde corrobora-
rat. Receptum enim hoc jure est, ut accipiat filia à Patre dotem,
sed accepta dote à reliqua successione excludatur. Idem hoc est, quod
rationibus supra est expositum, quodque MEVIUS in *Comm. ad J.*
L. L. 2. Tit. 2. art. 34. n. 6. speciatim interpretatur; sed neglectis
Morum G. rationibus, uti post BAYERUM & plures KNORRIUS c. 1.
p. 28. notat. Id interim fuit sponte, quod Jure Lubecensi filia
etiam locuples eo casu dotanda omnino sit, si ita elocare illam
velit Pater, ut expers sit Successionis. Confer COTHMANNUM
Conf. 99. n. 103. Vol. 2. MEVIUM d. l. P. 1. T. 5. n. 42. & art. 1.
num. 27.

Enantiatium.

ENUNTIATUM V.

De Contractu inter Patrem & Filium.



Validus Contractus inter Patrem & Filium initi Validi-
tatem AD. STRUVIUS S. J. C. Ex. 6. Th. 42. BAR-
THIUS in *Hodog. for. c. 4. p. 726.* & *diff. de Emanc. Sax.*
S. 2. WITBERGENSES apud WERNHERUM P. 5.
Obs. 189. LIPSIENSES apud Jo. Sam. STRYCKIUM
de Emendatione Processus forensis p. 16. & BERGERUM in *Philoc. Resp.*
36. p. 317. P. 2. R. 287. Affirmant ex adverso TITIUS *diff. de*

An contra-
hat Pater
valide cum
filio-fami-
lias?

Negantes.

D

Contr.

Affirmantes. Contr. Patris & liberorum in P. P. existentium §. 45. LYNCKERUS Dec. 1114. Fr. STRUVIUS Decif. Sabbathinis c. 8. dec. 32. 34. VITEBERGENSES apud BERGERUM in Oecon. Juris L. 1. F. 3. Th. 16. p. 156. L. 2. Resp. 287. WERNHERUM P. 3. Obs. 248. STRYCKIUM c. 1. item apud BEYERUM ad ff. Tit. de his qui sui vel alieni juris pos. 1. lit. 2. & Specim. Juris Germanici L. 1. c. 26. §. 45. sq.

Ratio dissensus. Ratio hujus dissensus est admodum captiosa & subtilis, cum quidem tota resideat in *fictione unitatis Personarum Patris & Filii*, cujus effectus Romano jure notorius satis est & insignis, ut neque filio licuerit Patrem vocare in judicium. Extendunt Interpretes hanc fictionem unitatis ad Contractum Emptionis venditionis; sed ipso hoc facto denuo comprobant, quod vel à fontibus j. R. discesserint, vel LL. R. *pro captu & non nisi superficiarie explicuerint*. Non est, ut hoc evincamus curate & sigillatim; evicit hoc novissime & omnes, quotquot à negantibus in aciem educuntur oppositiones, Leges earumque interpretationes, ex ipsis Legibus Romanis solide & insigni cura confutavit, affirmantium vero doctrinam Legibus Romanis, Rationibus & Germaniæ Moribus stabilivit Consulsissimus Dn. D. Jo. Flor. RIVINUS Professor Lipsiensis in *diss. de Emptione atque venditione Patris & Liberorum in potestate ejus existentium §. 5. sqq. §. 13. sqq.* ut non dubitem, quin facile transeant in castra ipsius dissentientes cum STRYCKIO *Caus. Contr. S. F. c. 1. §. 26.* Audi igitur Enuntiatio novissimum seu Reformatorem Sententiam latam adversus Patrem, qui prædium filio vendiderat, post vero contractum impugnare & solvere decreuerat, ex quo filius in Venerem conjugalem recipere recusarat Titiam, cui Pater bene precabatur. Interposita à filio appellatione adversus sententiam Vitebergensem, ita: *Das wohl appelliret, derowegen der zwischen P. B. & M. B. geschlossene Kauff-Contract allerdings zu Recht beständig.* Vide *Diss. de Stoà Ictorum Coroll. 34. p. 67*

Enunciatio.

ENUNTIATUM VI.

De juramenti delatione contra Sponsalia & Matrimonium.

An deferri possit supple- **S**unt in ea opinione Doctores, qui Papicolas, Leges & Canones inconsiderate exscribunt, quod *pro Matrimonio quidem seu*

seu affirmative, non negative seu contra matrimonium liceat jurare. Afferit Lucretia, lucri captandi admodum studiosa, Sempronium pepigisse sponsalia & promississe ipsi svave consortium, de quo Petronius: *Moriar, nisi nubere dulce.* Negat Sempronius promissionem strenue, militat ad averruncandum instans malum, pro libertate, sed militat, ut Plauti miles, gloriose sed semiplene. Si enim quæstiveris, an ipsi Neganti deferri possit purgatorium vel suppletorium juramentum à judice, tum negant & pro glebis, aris & focus Lucretiæ egregie pugnant CARPZOVIVS *Jurispr. Confist. L. 2. d. 233. L. 3. def. 44. Jurispr. for. P. 1. Conf. 12. def. 30. C. 22. d. 3. L. 3. R. 57. Tit. XI. Proc. art. 1. num. 11. DOCTORES* apud Brunncmannum in *Proc. Civ. c. 23. n. 5. in Jure Eccles. L. 3. c. 5. §. 1. GAILIUS L. 1. O. 94. BERLICHIVS P. 1. concl. 29. n. 49. HAHNIUS ad Wes. de Jurej. num. 10. MASCARD de Probat. Concl. 105. n. 6. SCHNEIDEWINUS ad §. 11. J. de Act. n. 27. HILLIGER ad Don. L. 24. c. 17. ibique Plures. DOCTORES* apud BERGERUM in *Electis Proc. Matrim. Th. 33. in Oecon. Jur. L. 4. Tit. 15. Th. 11. not. 3. BARTHIVS Cent. 7. diss. 675. ibique Plures n. 1. 2. sq. NICOLAI de Repud. c. 1. n. 68. BRUCKNER Dec. Matr. c. 2. n. 4. MARTINI in Anal. for. T. 30. ad n. 49. Comm. forensi Tit. 18. §. 1. n. 108. ibique Plures, quibus Lipsiensis & Wittebergensis Judicata accedunt apud BERGERUM *Disc. for. P. 2. Suppl. p. 47. P. 2. Resp. 42. Resp. 127. LYNCKERUM Dec. 437. MËNCKENIVM Tract. Synopt. ff. Tit. de Jurejur. §. 50. RIVINUM in Emunc. Juris Tit. 18. En. 1. RICHTERUM Dec. 8. n. 27. 36. & WERNHERUM P. 1. O. 59. in Supplem. ad d. O. 59. P. 3. Suppl. O. 76. & P. 4. Obs. 151. num. 445. P. 7. Suppl. pag. 380. Ex adverso Sempronio, qui adversus consummandum matrimonium militat, juramentum à judice vel à parte in judicio deferri posse statuunt BORNIVS de Juram. judiciali c. 4. n. 6. BOEHMERVVS *Jure Eccl. Prot. L. 2. Tit. 24. §. 61. 75. LEGISLATOR in Ord. Polit. Ducatus Magd. a. 1688. c. 37. 44. SCHILTERVVS in Exerc. juris GERMANICI ad ff. 13. §. 13. STRVVIVS Ex. 6. Th. 59. Ex. 17. Th. 44. VMMIVS disp. ad Proc. 14. n. 90. BRVNNEMANNVVS ad L. 6. ff. de jure. n. 26. 27. & in Jur. eccl. L. 3. c. 5. §. 1. in f. §. 2. 3. STRYCKIVS *Filius, Exercitatione de Reliquis Sacr. in matrimonialibu,****

tarium & purgatorium adversus matrimonium.

Negantes.

Affirmantes.

Diffensus
ratio.

c. 2. §. 40. p. 75. diff. de delat. juram. in Matrim. p. 4. fqq. & PARENS in U. M. ff. de. Jurejur. §. 30. cum mox laudandis aliis Ictis summis. Rectam hi line dubio viam ineunt, fidum plane atque securum tramitem, à quo longissime absunt *Negantes*. Ut enim de causa assertionis eorum dicam, tribuenda illa est vitio inconsiderantia. Exscripserunt isti Icti Protestantes sine cautione debita Interpretes Catholicos & scriptores Juris pontificii, qui vi principiorum religionis pontificiæ uno ore asserunt, juramentum deferendum non esse adversus sponsalia & matrimonium, quin locum plane non esse in his Negotiis juramentis & probationibus semiplenis. MERCKELBACH ap Klockium v. 2. Conf. 79. n. 4. AYRER in Proc. hist. P. 1. c. 5. O. 2. n. 18. BEVST de Spons. c. 41. GAILLIUS O. 94. n. 2. HEIGIUS P. 2. q. 16. n. 34. Illa enim jure Canonico sunt matrimonium inchoatum, sunt regulariter de præsentī seu *indissolubilia* propter vinculum Sacramentale; hoc vero consummatum est Sacramentum, cujus religio est summe favorabilis & inviolabilis, ut nefas habeatur, locum tribuere juramento adversus Matrimonium, cum nequidem *transactio inter desponsatos pro dirimendis sponsalibus* locus indulgeatur, quia negotium spirituale, quale est sponsalium, non est in potestate paciscentium & arbitrio privato. Confule CARPZOVIVM *Jurispr. Conf. L. 2. d. 233. L. 3. def. 44. n. 11. Resp. 108. n. 27. 28.* BEVSTIVM de Spons. P. 1. C. 19. SETSERVM de juram L. 4. c. 4. n. 7. 58. BRONCHORST de Jurejur. c. 5. n. 23. & ipse intelliges, illos has assertiones fidenter hausivisse ex jure pontificio & provocasse fideliter ad *Cap. X. de heret. & Cap. ult. X. de Transactioibus*. Habet in hoc negotio non nihil præcipui CARPZOVIVS, quod in *Jurisprudencia consistoriali* Protestantium Ecclesiis obtrudat doctrinas admodum papizantes, uti STRYCKII c. 1. docuerunt & Nosstrates plures. Quod vero ipsi contigit in jure ecclesiastico; id aliis evenit in jure privato, qui dum ITALOS *Scriptores & Historicos* in GERMANIA incaute exscripserunt, fideliter ubique tradere non verentur: *Jus R. obligare Germanos vi LEGISLATORIA: quasi Justinianus & Germanis imperasset; Statuta Patria explicanda esse ex jure R. & ne illi contrariantur & ab illo dissentiant, esse stricta interpretationis, quasi Itali Scriptores de Germaniæ statutis unquam cogitassent vel*
ullus

ullus unquam afferuisset, Jus R. latum esse in Germania vi No-
 mothetica & promulgatum in vim *juris Legislatorii Territorialis, nexu
 subditio*. Vti vero has assertiunculas ingenue castigarunt MEVIVS
quest. prel. pr. ad Jus L. I. n. 17. TITIVS *in Notis ad Laut. pref.*
 KULPISIUS *in Op. p. 390.* KRESSIVS *in Specim. Juris G. forensis pref.*
 & D. RANISCHIVS *diff. de juris G. inconvenienti & jure R. explica-
 tione §. 3. sq.* qui, quod statuta patria ex domesticis suis rationibus
 exponenda sint, docuerunt; ita & non desunt, qui pontificiam
 doctrinam *de favore pro matrimonio consummando* dudum solide e-
 liminarunt ex protestantium Ecclesiarum foris. Illustris ME-
 VIVS de pratenso hoc favore P. 3. Dec. 382. n. 5. recte ratiocina-
 tus est suo ævo & P. 4. Dec. 108. p. 6. Dec. 219. juramento dandor-
 um & Respondendorum in causis Matrimonialibus locum tri-
 buit. Secuti illum sunt *Isti Halenses* in Responso apud BOEH-
 MERVM in J. E. P. L. 2. T. 5. §. 12. quin illustris Dn. de BER-
 GER in *Oecon Juris L. 4. Tit. 25. Th. 5. not. 16. & in Elect. disc. for.*
Tit. 18. Obs. 3. not. 4. juri divino vim fieri statuit, si denegetur
 juramentum *Titio, promissi matrimonii & facti concubitus reo*. Aliter
 non sentit *ill. Dn. WERNHERVS* in P. 3. O. 76. n. 1. & *in supplem.*
ad d. Obs. 76. ubi conqueritur de Saxonum lctorum dissentientiu-
 um principiis inconcinnis. Instar omnium hic habendum est Re-
 sponsum Viadrinum apud STRYCKIUM in U. M. de *Jurejur. §. 30.*
p. 475. cujus conclusio hæc: *Es erscheinet hieraus allenthalben
 soviel daß Super promisso matrimonio die Eydesh-Delation aller-
 dings statt finde, da jedoch dem Beklagten, da er nicht schweren wolte,
 sein Gewissen mit Beweis zu vertreten, oder auch pro matrimo-
 nio den Eyd zurück zu schieben, frey bleibt.* Approbatum dicit il-
 lustris STRYCKIVS hoc responsum à FACVLTA TE JVRIDICA
 ROSTOCHIENSI. Et comprobarunt id studiose solido *Enunci-
 ato*, quod exhibuit B. MULLERUS *diff. de juram. delat. in Ma-
 trim. c. 2. §. 10. p. 20. sq.* Plura excludant limites, unicum vero
 liceat subjungere *instar Coronidis*.

Enunci-
 tum.

ENUNTIATUM ULTIMUM.

De jure matris alendi liberos.

D 3

Duxe-

*An mater
teneatur ad
alendos li-
beros.*



Vixerat Titius in uxorem Camillam, Sed bonis lapsus, liberis alendis amplius non par erat. Excitabatur murmur, sed rediit Mater ad focerum hac petitione, ut nepotes suos aleret. Abnuitt iste huic petito, illa rugata fronte illud repetiit, iste reposuit, se non tene-
ri ad alendos liberos, quam diu ipsa haberet bona liberis alendis sufficientia.
 Et recte ita. Verum fuerunt, qui ad alendos nepotes cogi posse avum, existimaverunt, & certe habuerunt hi consentientes COLERVM de alimentis L. 1. C. 8. n. 12. 13. TITIVM jure priv. L. 6. c. 11. §. 20. Plures apud STRYCKIVM Diff. de jure avorum c. 2. n. 59. §. 99. Provocant omnes ad L. 5. §. 2. L. 8. de agnosc. & alend. lib. sed provocant invita ratione. Etenim perstitit, apud Romanos filius maritus & nepos in potestate avi; uterque, quicquid acquisivit, seni huic acquisivit, utpote in cujus debebat uterque victu, amictu & Oeconomia. L. 6. ff. de his qui sui vel al. juris sunt. At vero existentibus hodie filiis in utriusque parentis, non in avi potestate, & finitis Avorum Sacris & Commodis quoad liberos & nepotes separatam Oeconomiam instituentes; hinc neutiquam hoc casu Avo, sed matri onus alendi imponunt WERNHERVS obs. 134. n. 9. HILLIGER ad Don. L. 12. c. 4. STRVVIVS Ex. 30. Th. 75. GVNDLINGIVS in ff. p. 92. THOMASIVS diff. de quasi Emanc. Germ. §. XI. LAVTERBACHIVS Coll. Theor. Pract. de A. & A. L. Th. 14. SANDIVS L. 2. Tit. 8. Def. 3. At vero nihilominus in hoc casu Lite ad judicem delata, pronuntiatum est adversus avum; sed tamen aliter res cecidit, ex quo in altera instantia ICTI FRANCOFURTENSES ita enuntiarunt: Es erscheinet numehro aus den Acten und der Partheyen Einbringen allenthalben so viel: Würde Beklagter beweisen, daß sein Sohn Titius, oder Camilla vorjeko im Stande sey ihre Kinder selbst zu erziehen, so ergienge alsdann in der Sachen ferner was recht ist. Rationes hæc sunt: Der von Gott denen Eltern anbefohlenen Pflicht können sich dieselbe nicht entziehen, vielweniger einen andern solche aufbürden, so lange sie sich auch nur noch einiger Massen im Stande befinden, die Zhrige nothdürftig zu versorgen. Der angeregte von der Natur verordnete Rechte haben Kayserliche R. Rechte nicht allein confirmiret, sondern auch verordnet, daß vornehmlich der Vater das onus alendi liberos

Negantes.

Affirmantes.

liberos auf gewisse Masse allein tragen und über sich nehmen solle, l. 5. §. 1. ff. de A. & Q. L. dergestalt und also, daß die Mutter et was zu contribuirem, so lange der Vater im Stande, nicht verbunden, arg. L. 34. ff. de N. G. L. 14. C. de Jur. dot. Wann aber der Vater verstorben, oder in einem solchen elenden Zustand verfallen, daß er nicht mehr vermögend, seine Kinder zu ernähren; auf diesen Fall ist die Mutter, wenn sie vermögend ist, mit Alimentis sie zu versorgen obligirt d. l. §. 2. 4. 14. und nicht der Groß-Vater von Vaterswegen; Und sind diesem nicht entgegen d. l. 5. §. 2. 1. pen. ff. de A. & A. L. welche da wollen, daß der Groß-Vater seine Nepotes und Neptes mit nöthigen Unterhalt versehen solle, dahero einige von den Rechts-Gelehrten die Mutter, wenn sie auch gleich vermögend, übersehen, und das Onus dem Groß-Vater aufbürden; Allein die Sache hatte bey den Römern eine ganz andere Beschaffenheit als wie heutiges Tages bey uns. Denn wenn sich gleich ein Sohn, so in seines Vaters Gewalt stunde, verheyrathete; so blieb er doch wie auch alle von ihm erzeugte Kinder in der Groß-Väterlichen Gewalt, Krafft welcher Jure R. alles dem Groß-Vater und nicht dem Vater acquiriret wurde, weilen jener das Commodum hätte, so mußte er auch das onus alendi nepotes tragen. Allein wenn die Söhne bey uns heyrathen, so scheiden sie sich zugleich von des Vaters Tisch durch Anstellung eigener Haushaltung, durch welche Separation sie von aller Väterl. Gewalt befreyet werden, dergestalt, daß ihre Kinder dem Groß-Vater nichts acquiriren.

STRUVIUS Ex 3. §. 68. Wenn nun dahero der Vater seine Kinder selbst erziehen und pflegen muß; Dieser aber im Abfall seiner Nahrung dergestalt gerathen, daß es nicht mehr in sein Vermögen steht, die Seinigen zu versorgen; alsdenn ist die Mutter, in ejus potestate hodie & liberi sunt civiliter, verbunden, das onus alimentandi über sich zu nehmen, wenn sie vermögend ist, wiederigensals aber und nach dieser der Groß-Vater von Vaterwegen. Pluribus hoc argumentum tractavit celebratissimus Dn. Prof. KNORRIUS diss. de Alimentis Liberis praestandis c. 1. §. 2. ubi & juris R. & Germanici seu Praxeos hodierna rationes ex Legibus & Moribus & Republica docte explicuit, & quod princeps Jurisprudentiæ pars & cardo, prouti & definitio Jurisprudentiæ ipsa max. docet, in solida Juris R. ad

Enunciata
1485

Conclusio
dissertatio-
nis.

R. ad fora nostra & facta Applicatione vertatur, monuit omnino. Vide B. LUDOVICI in Doctrina ff. T. 1. L. 1. & relege CÆSARIS FRIDERICI III. Decretum reformationis Comitiale Moguntinum n. 7. ibique: Daß die Römischen Gesetze, und allein die, im Teutschen Reich zu halten, welche mit wahren lautern Grund erkläret, explicata, und rechtlich erkannt sind, applicata, damit den Rechten der Grund der Wahrheit nicht genommen, und der E. Nation Rechte und Gewohnheiten in keinen Unglauben und Ungewißheit gesetzt werden mögen. Concludimus igitur hac occasione verbis Illust. SCHOEPFFERI in Synopsi Juris priv. p. 4. Prodest ergo omnino inquisivisse RATIONES LEGIS, quo ex debito APPLICARI ad facta obvienti-entia & JUS cum JURE conciliari possit. Cessante enim ratione; omni sc. & finali præcipue; cesset quoque ipsa Legis dispositio. L. Adigere 6. §. 2. ff. de jure Patron. Idem in doctrina dotis, exemplis roborat celeberrimus Ictus AUG. LEYSERUS in Med. ad ff. Vol. V. p. 15. & 197. & ex instituto docuit Cel. D. KRESSIVS diss. de jure summo, utpote constituto, summa injuria, utpote intuitu APPLICATIONIS. Cum enim Jurisprudentiæ finis sit interpretativa ad casus emergentes juris applicatio; hinc in injuriam degenerabit jus, ad factum simpliciter non attenda ratione legis nec consideratis facti Circumstantiis applicatum. Fusius ita differit MVLLERUS diss. de necessitate, jus in res alienas concedente præf. & curatissime docent perill. Dn à KLEIN, Ictus summus, in Notis ad Schoepferum d. l. D. HENR. ERN. KESTNERVS, Prof. Rinteliensis in Prodro-mo Conclusionum Probl. 3. de Jure Romano, ubi rationi aut equitati repugnat p. 51. sq. ibique insignia loca summorum Ictorum GO'THOFREDI, ZIGLERI, BACHOVII. Ex instituto hoc argumentum de studio explicandi & APPLICANDI solide Leges Juris R. egregie post plures descripsit B. ill. ab UNVERFAEHT in Pædia Jurisprudentia, verbis illustris HOVVII concludens: Ubi nec JURIS R. RATIO, nec LEX GERMANICA sive IMPERII G. sive PROVINCIÆ sive CIVITATIS, nec MORES Reipublicæ innati reclamant; ibi JUS R. est juris palladium & justitiæ Asylum. Adde ceterum in hoc applicationis momento quod de impulsiva saltim cessante ratione congestit Frid. Guil. MEYERVS dissertatione Præfide Ill. Dn WILDVOGELIO habita de legum quarundam Justinianearum non usu in foris G. ex cess. earundem rat. §. 15. - 21. Quamvis quidem prima allata ibi exempla, sigillatim in §. 15. 16. 17. non probent, quod est in quaestione,

CORO

COROLLARIA.

Non congeffit Bayerus otiosa Juris Romani argumenta in hunc finem, ut ea non explicemus & discamus; sed, ut quid loco eorum in foris hodie obtineat, penitus intelligamus & simul profiteamur cum illis.

II. Recte judicant, qui, quicquid juri Germanico unquam obmoveretur, logomachiam sapere asserunt. Nemo negat, Praxim Germaniæ à jure R. sæpius differre; negat nemo, argumenta quæ sub juris G. elogio offeruntur, in praxi obtinere; negat nemo, hæc argumenta à juris R. doctrinis prorsus dissonare; sed negat hic vel ille, argumenta hæc in praxi Germanica à jure R. dissonantia venire sub elogio Juris Germanici.

3. Putamus vero, rectissime agere illos, qui defendunt & nominale hoc elogium Juris G. quod Cæsares & Principes in Actis Comitialibus per integra multa secula & præcipue ab a. 1495. quo jus R. in Cameram introductum est, in Recessibus & Actis ita appellarunt; quod innumeri Icti Summi veteris & recentis nostrique ævi ubique ita vocant, & quod vocandum ita esse, ratio & ipsum jus suadent. Quia enim illud nittitur Juris fontibus & oriundum est vel ex Germanici Imperii Legibus vel ex Moribus seu Reipublicæ Germanorum peculiaribus Rationibus & consuetudinibus, quibus & ipsi Leguleji vim Legum inesse clamitant; hinc dicendum est jus. Quia vero Germanis est proprium & in Germania natum; hinc dicendum est Germanicum, uti Romani jus suum dixerunt à Patria Romanum; & sicuti omnes Europæ gentes, quæ, etsi in subsidium, uti Germani, receperint Jus Romanum, videntur suis tamen præterea Moribus Patriis, Legibus & Reipublicæ Rationibus.

4. Mores Germaniæ sunt communes. LL. Germaniæ vero vel sunt Imperiales, vel Provinciales, vel Civitatenses, & inde oritur divisio juris G. in commune, Provinciale & sta-

E

ntia-

ruarium. *Consule illust. Dn. Consiliarium HUGONEM & B. WERLHOFIUM in Spec. I. de Jure G. universim tali tam scripto in Legibus Imperialibus quam consuetudinario, & in Spec. II. de Jure G. particulari sive de Legibus Provincialibus & Municipalibus.*

V. *Qui sapit, Vulgo indulget, utque omnibus fiat cum Apostolo omnia, JUS G. facile vocat Usam Juris hodiernum, PRAXIN MODERNAM, Usam practicum juris R. in foris G. Veteres in Compendiis ejus vices explent vocibus: Hodie aliter: Moribus nostris secus. Sed cave, ne putes, hos omnia ita exhausisse, ut nihil restet invehendum aliorum industria. Vix verbulo tò hodie indicant, & si SCHILTERUM in Exercitationibus Juris G. ad ff. BAYERUM in Pos. ad ff. & Nostrates alios exceperis, nullus in fundamenta & rationes Morum & hodierni usus inquisivit sedulo, huicque negotio satisfacit solida pragmatica industria.*

VI. *Habent præterea Germani insignia Juris Argumenta in foris & Republica multoties obvenerunt, quorum ne vola quidem habetur in toto jure romano, cambialia verbi causa, braxatoria, reuniendarum pertinentiarum, Separationis liberorum, tutelæ pactitiæ, & innumera alia, quæ erudita Minerva nunc descripta sunt à Dn. GEO. BAYERO, Prof. Witebergensi, in peculiaribus Libris tribus Juris Germanici, quibus illustris & primarius Antecessor Francofurtensis Dn. HOFFMANNUS præfationem præfixit de recta discendi juris Germanici ratione ejusque Principiis & necessitate.*

VII. *Qui gnari non sunt Historiarum & Humaniorum scientiarum; omnium lepidissimos committunt sæpiusculè solocismos. Habes exemplum num. 7. cui accedit aliud, quod non desint, qui Historiæ Literariæ ignari, in Libris citatis & laudandis miram prodant ignorantiam risumque creant apud omnes,*

omnes, qui *Rei Literariæ* Cognitionem reputare didicerunt pro egregio adjumento eruditionis. Legi meretur post plures *Lilienthalius in Selectis rei literariæ* *diss. de Soloecismis Literariis.*

VIII. *Dedecet ingenuum hominem jurare in verba Magistri.* Facile non reperitur, qui, quæ à Doctoribus in *Academiis* audit, sive bene, sive minus recte fundata, uno ordine tueatur & temere credere malit, quam optime scire & intelligere. Qui secus sentiunt & suspicantur, animi morbum produnt æque ac *judicii.*

IX. Non subscribimus *Scacciæ* assertioni *L. 2. de judiciis* *caus. Civil. c. 3.* quod *Notarius* nocturno tempore instrumentum conficiens sine falsi crimine scribere possit, illud diurno tempore confectum esse. *Consultius est, addere, quæ inductæ sunt partes nocte contrahere, rationem, ut fraudationis suspicio avertatur.* *Ripa de nocturno tempore c. 113.*

X. Si quid forte in *Instrumento* rasum fuerit, ejus in subscriptione mentio est injicienda.

XI. Esi *testamentum* sine recognitione validum esse asseratur, nihilominus utile est, ut testes manum recognoscant & *Notarius* deinde in *instrumento* de facta recognitione testetur.

XII. *Origo & Ratio* *Judicii Consistorialis* neutiquam apud *Cartholicos* est doctrina de *Sacramento matrimoniali*, sed de separata jurisdictione *Ecclesiastica*, uti cum *STRYCKIO* *diss. de Ictione ecclæs.* farentur omnes. *Sacramento* si ratio habita fuisset, quæso, cur reliquis Sex *Sacramentis* apud *Cartholicos* non peculiariter constituta fuerunt *judicia*? *Nostrorum Consistorialium* *judiciorum* ratio perenda non est ex *Papatu.* *Operam oleumque* perdidit in hoc momento *Odelemis*, & quæso, quis est, qui pro consulto non reputet ventilare *Principis* *Autoritate* causas *ecclesiasticas* in peculiari *judicio*, ut res feudales ejusdem jussu ventilantur in *judicio clientelari*?

XIII. Dissentiunt *Doctores* in questione de *Judice* in

E 3

Prin-

Principis controversiis matrimonialibus? Sunt qui Pontificem, sunt qui Cæsarem, qui Judicium Aulicum, que Cameram, qui Austregas, qui Confistorium, qui Commissoriale judicium, qui Exteros Principes, qui denique Consiliarios Principis *prævia relaxatione juramenti fidelitatis*, Judices constituunt. Novam plane sententiam tuebimur, eamque Historiâ Imperiali & Rationibus Juris publici nixam: quod ab Ipso Principe, vel, si recusaverit, in Comitibus rectissime hæc controversiæ definiantur.

XIV. *Egregie Juris R. & Patrii G. dignitas stabilitur in Ordinationibus Judicii Aulici Matthiæ & Ferdinandi III. ubi ita: Es sollen Besizer der Administration der Justitz der E. Nation und Reichs-Gewohnheiten und Rechte, auch jedes Landes Orts und Gerichts gute Ordnungen, und in Mangel derselben die Kayserlichen Römisch. Rechte in Acht nehmen und nach denselben ihre Bescheide und Urtheile richten.* *Explicant hæc verba CONRING de Origine Juris Germanici c. 33. SCHILTER ad ff. Ex. 1. §. II. KULPISIUS de LL. Germ. autoritate p. 29. sq. Perillust. Dn. à KLEIN in Specimine Annotationum Th. Practicarum ad Lauterbachium.*

XV. *Ad Legulisticam juris professionem pertinet illud Æneæ Sylvii Ep. 3. In Juris disciplina possunt Asini esse præceptores.*

XVI. *Nugatur glossa distinctionem inter pacta nuda & vestita explicans ex Jobi dicto: Pelle & carne vestisti me. Idem hoc est, quam cum stupido Monacho cultum Mariæ ex Veteri testamento probare verbis Davidis: O Domine qui fundasti terram super Mariâ.*

XVII. *Libellus alternativus in actione hypotecaria est admittendus.*

XVIII. *Problematis instar defendimus cum Böhmero, quod Minor contra sponsalia restituatur in integrum ex capite ætatis.*

PRÆ-

NOTA. Lege p. 19. lin. 29. motuque. lin. 33. 1654. §. p. 21. l. 22 neutra tamen.

FRÆNOBILI DN. RESPONDENTI SUO

S. & F.
P R Æ S E S :

Inſignis præcipue apud Thuringos & Saxones eſt memoria Kaleniorum, quorum Majores cluent in Societatibus Kalendariis, famigeratiſſimis olim, ut peculiarem libellum iis conſecraverit nuper D. Blumenbergius. In noſtra Megapoli non ultimus his Societatibus & Dominis Kaleniis, denuo Kalans-Herren, cultus eſt habitus & honor. Docent Annales, quam edictoris dignitatis fuerint hæ Societates, ut plures Nobiles non ſolum, ſed & Duces & Principes illaſtres tranſierint in collegia Calendariorum. Quibus diplomata & chartæ in deliciis ſunt, iis quidem ex eorundem ſubſcriptionibus notum eſt, quod inter præcipuas Nobiles-Gentes Mecklenburgicas olim exſiſterit Gens Nobilis de KALEN, quæ Calendaria Societatis fuit Tutelare Numen. Noſtro ævo exaruit Soboles & ſtirps horum Kaleniorum, ſed extincta nondum eſt nec evanuit Memoria Oppidulorum, Neuen-Kahlen, Alten-Kahlen, quæ indepta olim ſunt hæc elogia à Kaleniis Dominis Societatum Calendariarum. Roſtochii præcipue inſignis autoritatis olim Calandium ſacrum exſiſtit non ſolum: ſed inſita ſunt frequenti numero Societates Kalendariæ à Civibus, ut ædum iis, rogante magiſtratu, obex poſitus fuerit à Principibus, uti docent plures chartæ. Sublatis igitur & noſtro loco & in Saxonia Kaleniorum Societatibus ceteroquin olim celebratiſſimis, donec vergere ceperant in abuſum: recte Tu quidem Vir nobiliſſime Gentis Kaleniæ decus & dignitatem zveri atque ornare ſtudes Doctrina, Literis, Solertia & eruditione. Abiit olim occaſione Societatum Kaleniarum in proverbium ſolemne, nec malum: *Er Kalendert, er macht Kalender.* Uimur etiam nunc illo proverbio, ſed tunc quidem, ſi conſpexerimus hominem ſupercilioſe meditantandum & proſunde ſcrupuloſum, ut igitur id degeneraverit in ſenſum alienum & ſit noſtra ætate inſtar ludibundi ſarcaſmi. Tu iterum Clariffime Respondens, Tuo ſtudio ſignificatum proverbii reſtituiſti in integrum, eumque revocas ad avitam integritatem. Non dubias & incertus in bis: verſaris, fronteque rugata & cum ſupercilio anceps heres circa Leges earumque uſum; dubia repellis atque diſſenſus exterminas ex cathedris & foris autoritate Legum, Rationum & Præceos, ut juris & juſtiæ fida ubique ſit certitudo & veritas. Dignum eſt hoc inſtitutum Iſto, qui ſolidâ, doctâ & pragmaticâ jurisprudentiæ civili, non ſuperficiaria Legum vulgari cognitione delectatur. Dudum Vir nobiliſſime id egifti, ut plenè paſſibus graſſeris ad hæc Sacra, quibus dudum liſtiſti in Saxonum Academiis, in Salana præcipue, ædi, quæ aguntur in Orbe Iſtorum, plures per annos intellexiſti. In Varniaca Literis incumbens denuo, Tutelarem invenifti & habes etiam nunc inſignem, Illuſtrem Dominum CARMONIUM, Virum elogio meo majorem, & lectum, quem Academiæ Muſæ votis ſiis quotidie revocant in Patriam. Certe, excellentiſſimi Viri favor Tuas laudes abunde expliſcat, nec eſt, ut ego nihil addam, eſſi haberem, quo collaudem induſtriâ Tuam, quæ ſingulari cura & meditatione ultra Triennium lectionibus meis privati & publici juris interfuiſti, & etiam nunc intereſt Lectionibus in Hiſtoriam Mecklenburgicam, & quæ ex ipſius tractatione pragmatica profluunt, in jura Status Mecklenburgici publica, Provincialia & Territorialia. Gratulor ſaltem, & ex animo gratulor Specimen Academicum præſens; & cum igitur Nobiliſſime Kaleni, cum laude hodie calenderis; voto ego Tibi deſſe nolo, ut Calendar Tibi Tuisque induſtriæ maxime ſint fauſta & auſpicales. Vale.

Dum:

Dem Zweiffeler wird nichts; wo man der Bibel trauret,
Weil man den Unbestand in seinem Wegen schauet.
Indessen aber fällt mir selbst die Wahrheit bey:
Daß, Werther Freund, dein Werk von schöner Folge sey.
Du magst getrost um das, was zweiffelhaftig streiten,
Der Lohn bleibt dir gewiß, dein Schweiß muß ihn erbeuten.
Hastu die Themis fest an deine Brust gedrückt.
So wirstu einst von ihr, ich zweifle nicht, erquickt.

M. Carl Friedr. Weickhmann.
aus Danzig.

E lieffen jüngst bey Themis viele Schrifften ein:
Der Teutschen Ruhm müßt grösser als der Römer seyn?
Sie sprach: Dis lästet sich schon ohne Brillen sehen,
Wo man der Wahrheit nicht wil gänglich widerstehen.
Du teutsches Volk! nim diese kluge Schrifte zur Hand.
Mach dich daraus das Römische Recht mit Nutz bekand.
MESSIAHENS hohen Geist, Verdienst, Gelahrtheit, Werke,
Hälst du Gehrter Rahl für deinem Augen-Merke.
Sagt Themis dis, wohlan mein Herz gestehet frey;
Daß dieser Schluß gerecht, außbündig wahrhaft sey.
Eins fehlt Hoch-Edler Freund! der Himmel woll' es geben:
Daß du ob dein Verdienst mögst Ehr und Glück erleben.

Mit diesem wolte gegen dem Gelehrten Herrn
Respond. seine Ergebenheit glückwün-
schend an dem Tage legen.

Christ. Friedr. Fischer,
Lubec. L. L. St. Opponens.

Ingenii quando satagis depromere merces
Rite tuis studiis invigilasse doces,
Musarumque Sacris multum impendisse laborum;
Clara proinde dabit præmia diva Themis.

*Probitate, Doctrina & Studiis præstantissimo
Dn. Respondenti ita adplaudit*



JO. HEINRICUS EGGERDES,
Rostochiensis. Opp.


CVique suum iuste tribuit Themis, æqua videtur;
Nec minus illustrat Te DEA nostra Themis.
Nunc precor, accedat Veneris quoque gratia larga.
Sic Sparta & Martha rite beatus eris.


ter.


*Nobilissimi Dn. Respondentis
deditissimus Opp.*


CHRISTOPH. HEINRICVS WESTPHAL,
Sverinenfis,















Universitäts
Bibliothek
Rostock

http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn897251644/phys_0052

DFG



⌘ (o) ⌘

XIII

VIR PRAENOBILISSIMVS
VS ADOLPHVS KROHN
LVBECENSIS

ffima vitae suae ratione ita exponens:
inclytam Lubecam, vbi in lucem editus sum anno saeculi
tertio, die trigesimo Maii. Pater fuit HERMANNVS GEOR-
D. Reip. Lubecensis, quum in viuis esset, Syndicus, Ma-
ELISABETHA, Viri Magnifici HENRICI BALEMANNI,
per viginti annos primarii filia. Auum paternum habui
IOHANNEM ADOLPHVM KROHN I. V. D. Syndicum pri-
m, deinde Consulem Lubecensem. Auos quidem ad seros
eruaerat diuina prouidentia, quorum non solum exemplo
singulari quoque in me collata beneuolentia vti mihi licuit
citior Parentum carissimorum iactura. Matrem enim,
uulis essem, Patrem haud ita pridem, quum non exiguae
nanhductio, non sine luctu amisi. Nihil reliqui fecerunt
, vt a teneris vnguiculis me bonorum Praeceptorum fidei
orum ex institutioe hausi quae ad pietatem humanitatemque
BACKMEISTERVM, KROEGERVM, MÜNDERVM, postea
os, iam pie defunctos, itidemque Reu. KOHLREIFFIV M
guis artibusque ingenuis animum indefesso labore praepa-
is officinam litterariam publicam frequentare coepi & cura
OVERBECKII, B. LANGII & Cel. SELENII solidioris
cepi. Pro rostris etiam Gymnasticis, quum Auus honora-
HN Consul cum Auia amatissima A. 1750. die 28 Aprilis
o, Iubilaeum gamicum celebraret, de *Coniugum iubilant-*
nignissimo Numine, vero Deo Vitali deriuanda, publice
cessum vero in Academiam, recitata oratione, *de Lubeca*
rebus, quae eius originem reddunt dubiam, A. MDCCLIII.
ycaeo Patrio dixi. Pater, quia Syndicatus officium, quod
t, mecum iuit in Academiam. Elegit Francofurtum ad
to per terras Hannoueranas, Brunsvicenses, & Marchicas,
cepit me, qui tunc falces Academiae tenebat, Ill. POLAC-
aque Mathesin enucleantem audiui. Philosophicas praeser-
suisit Reu. SIMONETTI, Ill. SVRLANDIVM & Cel. CVRT-
docentes adii. Historiarum seriem narrante itidem Ill.
strau. Institutionum & Pandectarum Elementa ab Ill.
LIO accepi, linguam gallicam captui accommodauit Mr.

)(3

MERCIER.